




# Disputationum de medicina noua Philippi Paracelsi pars prima [-quarta et vltima] ...

<https://hdl.handle.net/1874/436938>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board





4






7069


Medici


Quarto n°. 69.

ta ut in quaerendam et est anq.  
imparatu entu et mala aplie  
one ut contritione mala opus  
percepit h defunctu actus

in ierune vel acut domineq  
les sunt. Sunt sicut vespere  
tum in dolo, his fuerit richie  
aut tristis, & cetera pauperis & cor







N 83. B.

4. ff.

DISPV TATIONVM  
DE MEDICINA  
NOVA PHILIPPI  
PARACELSI

Pars Prima:

IN QVA, QVAE DE REMEDIIS SUPERSTI-  
tiosis & Magicis curationibus ille prodi-  
dit, præcipue examinantur.

A

THOMA ERASTO, MEDICINAE  
in Schola Heydelbergenſi professore.

AD ILLV STRIS. Principem, D. Augustum SAXO-  
niam Ducem & Electorem, &c.

Liber omnibus, quarumcunq; artium & scientiarum stu-  
diosis apprime cum necessarius tum vtilis.

Cum Indice locupletissimo.



Ex domo Bindeli

BASILEÆ, 1571  
APP'D PETRVM PERNAM.



1791 1791

ILLVSTRISSIMO  
ET MAGNIFICENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO. D. AV-  
GVSTO, DVCI SAXONIAE, SACRI  
Romani Imperij Archimarschalco & Electori, Landt-  
grauio Turingiæ, Marchioni Misniæ, Burggrauio  
Magdeburgenſi, &c. Domino ſuo cle-  
mentiſſimo,

THOMAS ERASTVS,  
S. P. D.



VM ante aliquot annos, Illustriſime,  
& clarissime Princeps Elector, caſu in  
quosdam Paracelſi ( cuius tunc nomen  
nondum increbuerat, aut mihi ſaltem  
non innotuerat) libellos incidiſſem, atq;  
inſcriptionis nouitate motus eodem legere incepifſem, ac  
præter barbara nomina, inconditam mirificeq; perturba-  
tam orationem, ſententias incredibiliter absurdas, indo-  
ctas, monſtrosas, nihil in eis inueniſſem, mox abieci, indi-  
gnos iudicans quibus cognoscendis bonas horas male perde-  
rem. Accidit poſtmodum, vt & fama Paracelſi creſceret,  
effuſeq; à compluribus ( inter quos aliqui erant, quorum  
iudicium magni faciebam) laudaretur, & remedia inſu-  
per, quorum author ille diceretur, in uſum reciperen-  
tur, magnisq; vulgo encomijs celebrarentur. Quibus rebus effe  
etum fuit, ut de mea ſententia apud me ipſum dubitarem.

a ij

## EPISTOLA

Sic enim ratiocinabar. Tibi plus, quam alijs, in ea re cestimanda, quam Calculo suo quidam non ineruditii approbare feruntur, credere non facile debes. Quippe verisimile prorsus est, tales ab v̄sitata medendi ratione sine grauiſſimis causis non discessisse: nec temere noua & ignota remedia pro exploratis & certis v̄surpare voluisse. Rursus nec oculis derogare fidem, nec vt vera & recta probare potes quæ falsa & absurdā esse firmē perspexisti. Quid igitur? Fortasse Paracelsus in illis solis libellis, quos tibi videre cōtigit, inepiuit, in alijs autem sanius scripsit, ac præclara illa, quæ tantopere nunc commendantur, tradidit. Quocirca libros Paracelsicos studiose peruestigare & conquirere, cōquisitos attēte perlegere, accurateq; examinare cœpi. Tantum vero abest, vt meliora in his repererim, vt dete-riora semper occurrerint. Quamobrem denuo consilium de perlegendis portentosis delirijs mutauissem, nisi disputatio inter quosdam de Stibij viribus orta vehemens in me desiderium accendisset huius rei veritatem peruidendi. Dum porro, quæ de Stibij natura & facultatibus scripserit Paracelsus, scrutari, & ex omnibus libris sententias à veritate remotiores, & à recepta omnium seculorum doctrina alieniores, mihi annotare pergo, nescio quo pacto euenit, vt hoc meum consilium viro doctrina virtuteq; ornatissimo D. Iohanni Hermanno, Celsitud. tua Medico, aperirem. Is continuò argumentis à pietate in Deum, & Rempub. à miseratione agrorum, ab officio Professorum (quorum proprium esset munus falsis & noxijs resistere  
opi-

## N V N C V P A T O R I A.

opinionibus) ductis, persuadere mihi nitebatur, ut non particulam solum, sed totam Paracelsi doctrinam falsam excuterem, & refutarem. Mouerunt me, quæ proferebat, fateor, at non permouerunt tamen. Maluissem enim alios me ab eruditione instructiores & paratores hanc in se recipere contentionem. Postquam neminem prodire vidi, atq; alij præterea clarissimi viri, partim voce, partim litteris, idem à me peterent, ac eandem etiam vir pietate & virtute nobilissimus, omnibusq; liberalibus doctrinis instructissimus, D. Iohannes Crato Cæs. Maiest. Medicus vrgeret, experiri constitui, quantum in hoc genere vires meæ possent. Itaq; aggressus rem sum: & opinione mea (Deo opt. Max. auxiliante) citius primam propositi operis partem, in qua remedia superstitiosa & Magica præcipue perpenduntur & confutantur, absolui. Cum Typographo iam tradidisse, nouus mihi ex nundinis liber Paracelsi adfertur: in cuius inscriptione probatus appellatur Philosophus, & à Deo excellenter illuminatus. Hunc cum percurrerem: atq; supra dictos errores ac blasphemias non tantum repeti, verbo suisq; exponi, sed nouas etiam hæreses confirmari cernerem, facere non potui, quin paucis eum resellerem. Negat in hoc libro carnis nostræ, quam in hac mortali vita circumferimus, quamq; ab Adamo propagatione quadam accepimus, resurrectionem. Nec obiter hoc facit, vt excidisse ei tale quippiam credere possumus, sed constanter asseuerat, multisq; argumentis vel eiusdem saltē crebrò repetitis monstrare conatur.

## EPISTOLA

Quod verò hunc librum sub Magnificentissimo nomine tuo, Princeps glorioſſime, in hanc lucem venire volui, complures sunt cauſe: inter quas me præcipue tres impulerunt. Una est, quod Celsit. tuae, Medicus inter primos me cohortatus fuit, ut in hanc arenam, publicæ utilitatis salutisq; gratia descenderem. Aequum igitur videbatur esse, vt, si quis ex eo fructus ad alios perueniret, gloria ad tuam Celsit. rediret. Neq; enim dubito, quin compertum habuerit, quis tuus esset animus erga veritatem contra Paracelſi exitiosa mendacia. Altera est, quod ex illuſtrissimi nominis tui ſplendore & magnificantia dignitatem commendationemq; operi noſtro accessuram ſperauit: & quod vi- ciſſim meam erga tuam Celsit. obſeruantiam declarare o- biter volui. Evidem prudentes cordatiq; viri, quoſcunq; de tua Celsit. diſſerentes audiui, eas in te virtutes ornamen- taq; prædicant, que in admirationem cultumq; tui om- nes facile pertrahant. Summis te corporis atq; animi docim- bus præditum & perpolitum, adeo q; ad res prædicabiles, magnas, & excelsas a Deo factum iudicant. In cognoscen- diis rebus præclaris desiderium, in peruestigandis ſtudium, in percipiendis promptitudinem & facilitatem, in exco- gitando ſolertiam, in consultando prudentiam, in iudicā- do acumen, in audendo magnanimitatem, in agendo in- diſtriam, in exequendo conſtatiam & fortitudinem ad- ſcribunt tantam, quanta in alijs paucis reperiatur. Graui- tam præterea magnificantiam & pietatem ad actiones omnes ſummam te adferre affeuerant. Hæc de Celsit. tua clarifi-

N V N C V P A T O R I A.

clarissimorum virorum opinio, non hoc tantum apud me perfecit, ut, qua possum obseruantia, te mihi colendum iudicarem, verum etiam, ex splendore virtutum laudum & tuarum lumen & gratiam libello nostro comparatum iri considerem. Sane sicut ego proxime euulgatum Paracelsi librum nunquam fortassis, aut serius saltem perlegisse, si Celsit. tue, Princeps amplissime, dedicatus non fuisse, ita auidius alios nostrū cognoscituros spero, cum tibi nuncupatum videbunt. Tertia causa ex secunda, tanquam ex radice, orta est. Quippe hac disputationis nostrae consecratione futurum arbitror, ut & qui rerum estimatores intellecturi sint, tuam Celsit. teterrimos & nefarios Paracel si errores nunquam probauisse. Nimis alias constat, viros aliquot insigni pietate praestante que doctrina clarissimos haud leuiter offendit, cum viris Principibus pietate virtuteq; præstantissimis libros impiarum superstitionum plenos dedicari vident. Non minus certum est, veritatis inimicos in sinu suo gaudere, cum summos Heroas, & acerrimos pietatis propugnatores profanissimarum opinionum patronos constitui sentiunt. Hos ne principes, inquiunt, serio Religionem puram sanctamq; tueri censemus, qui sub clarissimis nominibus suis libros impios apparentes publicè vendi ac distrahi patiuntur? Non sillerent Pontificy, si quis ipsorum nominibus ita abuti tentaret. Etsi, qui hæc dicunt, non optimo fortasse animo dicant, vere tamē dicunt. Etenim quò maior est piorum Magistratum auctoritas, amplior potestas, illustrior dignitas, tanto cauere

EPISTOLA

solicitus debent, ne quid gloriae splendorē offuscat, aut estimationem, quae in plerisq; rebus omnibus plurimum vallet, imminuat. Negari non potest, quin imprudenter faciant, qui piorum & clarorum Principum nominibus ad conciliandam execrabilibus libellis gratiam, abutuntur. Ut enim aequos & prudentes hoc non moueat, saltem apud iniquos, quiq; res nostras non satis exploratè cognitas habent, sinistram parere opinionem potest. Quanquam vero præclarissima pietate, & plane Heroicis tuis virtutibus, gloriosissime Princeps, hoc es consecutus, ut neq; impij Paracelsilibelli, neq; res alia huiusmodi, famam tuam denigrare possint, ac proinde nullius egeas defensione, spero tamen voluntatem atq; operam nostram tibi non displicetur am: imò hilari fronte, que sceleratis Paracelsi delirijs, quorum te aliqui libenter facerent patronum & defensorem, opposuimus, suscepturum & defensurum esse.

Vale Princeps amplissime & generosissime.

Cal. Maij Heydelberga. 1571

AEQVO

# AEQVO CANDIDO Q VE

LECTORI S. D. THOMAS  
ERASTVS.



OLI putare, candide Lector, nos, dum absurdā, inaudita, pernītiosa, & impia Paracel si dogmata refellimus, simul etiā condēnare, & vituperare, quæ recte ab eo scripta dictaue perspeximus. Qanquam enim in eius scriptis perpaucā nobis inuenire licuit, quæ proba ri possint, studium tamen & diligentiam, quam in præparatione medicamentorum certorū adhibuit, nequāquam reprehendimus, sed vehementer cōmendamus. Præclatè scimus, ipsum artis Distillatoriæ inuentorem non esse. Scimus non minus, remedia, quibus vſus est, ab eo excogitata non fuisse. Laude nihilominus eum sua frustratum non vclimus: dum artem Præparandi & distillandi quasi reuocare ad vſum conatus fuit. Quod si hoc solum tentauisset, immortalem sibi apud omnes bonos laudem comparauisset. Dum verò & aliena & non intellecta iniuste, incitè, impiè conuellere voluit, & pro veris falsa, pro certis incerta, pro rebus somnia, pro p̄̄js & concessis impia scelerataque substituere stu duit, tolerari amplius non debuit. Sed de artis Distillato riæ vſu, & remedijs Paracelsi tum vtilibus, tum noxijs, suo deinde loco, adiuuante Christo Domino, differe mus: in præsentia hoc solum te monere voluimus, nos remediorū artificiosam præparationem non solum non damnare, sed vehementer laudare & prædicare: mo do & naturæ corporum nostrorum non aduersentur ni mium, & recta veraque methodo vſurpentur. Alterū, quod terogo, Lector candide, hoc est, ne putas me adeo desipere, quasi Paracelsum vel mea, vel abiectionis ho-

munctionis refutatione dignum esse eam. Tam sunt enim falsa, immò fatua & insalsa, quæ scripsit, ut se ipsa confutent satis. Taceo quod ita secum author ubique pugnat, ut intelligentes non opus habeant oppugnatores alio. Ego quoque non refello omnia, quæ ab eo inscè falseque sunt scripta, sed ea solum examino, quæ profus intolerabilia videntur: & ex quorum explicatione fructus aliquis ad Lectorem redditurus videatur. Evidē multa in eius libris reperies, quæ refellere pudens homo nullus velit. Et dubitatum iam olim fuit, uter sit absurdior, qui ridicula & absurda dicit, an qui oratione longiore impugnat. Operam in hac parte prima diligenter dedi, ut ex veris Philosophiae fontibus propositum demonstrarem, atque Sacrarum literarum evidētibus testimonij, quibus contradicere nil est aliud, quam contra stimulum calcitrare, corroborarem. Sententias aliquando plures ex Paracelsi libris transscripti, non sine nausea verum ob id feci, ut, qui adhuc ambigunt, hæsitare desinant.

Vale.

Ουδείς σοι τῷ Βίβλον ὄντας εται, ὃς κει ἔχει φρων  
ἀδεῖς, φτειρίης ὡς, σοφίης τε μελεῖ,  
Βάλλεις ἔτως τάχα γάρ κε φόις μερόπεσι γένειο.  
Βεβύν τε νημερεῖς ἀλκαρ ἀκεσοφῆς.  
Αλκαρ ἀκεσοφῆς φελ Θ μέγα τῶντοι βρεῖσιοι  
μᾶλλου, οὐδεὶς θέντος φροντίς ἐτητυμίης  
Η μοάλα δὴ πολλὰς ικανής συσθήτητο Θ  
λιμενόθει λυγρές εἰσαρέπελτε βύθες  
Καὶ σφε παρανυχίης γέγενται ὄνησιμον ἀλθ Θ  
ἀφραδέως ὀλοὴν ἥλαστενές φρένεις,  
Παμβασιλέως ὄφελον μοι ἀτε Θ αὐτὰ γένοιντο,  
ὅσα κε περιμολόγ Θ τις φλυάρησε πέπαν,  
Δημοστέρων μικροῖς κενοφροσύνης πεποιθῶς,  
κερδέωνθ ἀρπαλέων βγκολέων κομιδῆ  
Τοῖσιν δέισισ ὄνοις ἀνενιλλώων σὺ μόγοισι  
ἥρα τεκνὴ τινούτοι, ἦδ ἀκ Θ ήν τώρες.  
Θεωρέσιον ταῦν γενῆμα ταῦν τείλιτον ὅπάσας  
βίβλος, θεοπνέυματων τῷ τέκεις ἐκ λαγόνων.  
Οι μὲν τοι κερδός λελημέν Θ, ἀλλὰ φερίτης  
τῆς κοινωφελίνης ὑστερεῖ παύτατιθεῖς.  
Δογον θεον Θ, Δογον ἐπεισβολίτε πελάζε  
καὶ ταῦτα, πάρο, ὁδὸς μάρπιε, πάρος αὐτοῦ βίβλον  
Ενθα φθόν Θ τε ἀμέγειρτ Θ ἐδεις οὐειθρωσεν ὁδόντα  
καὶ γλῶσσαν σφειρόν τυγκαλέτει γαγγέεις.

Ξύλανδρο.

LECTORI S.

DVM medicis multum sese preſtare Galeno  
Artibus, antiquo iactat & Hippocrati,  
Et ſectatores tumide deridet eorum,  
Ac mira cupidis ſe nouitate probat.  
Ne non in ſolito miſceret cuncta tumultu  
Neu quis eum fors non crederet eſſe SVVM  
Ne non concuteret totum temerarius orbeſ.  
Néue quid intaſtum linqueret ipſe ſibi:  
Tanquam deuictis planè mortalibus, audax:  
In uerum euomuit dicta nefanda D E V M  
Siue is Bombastus tibi, ſeu Paracelsus habetur.  
Barbarus hic caſtis an Theophrastus erit?  
Quòd ſi quā Theophrastus erit, fuit & Theodorus:  
(Nomine, qui nullum diceret eſſe Deum)  
Definite Aureolo uictos iactare Galenos,  
Atq; Philippeo fixa trophæa ſylo:  
Men' etiam ueſtos uultis cantare triumphos,  
Et pœana modis concelebrare meis.  
Quem ueſtre legere ducem (ne frende) cohortes,  
Vos in ſulphureas præcipitabit aquas,  
Ni sapitis ſempre placuit Reſipiscere, nunquam  
Pœnituit ferò, quem modò paenituit.  
Scilicet ut fatuum medicina nouata per orbem:  
Regnet, in auditæ tetra chimera notæ:  
Relligione noua ſolium ſtabilire libebat,  
Aureolusq; Deum proijcere ante pedes:  
Captiuum, ephestri fuēda uincitumq; catena:  
(O' pietas, numen, tempora, ſacra, fides:)  
Siſtentur manibus uates poſt terga reuinctis,  
Et cætus, quantus quantus, apostolicus.  
Uicet, ad magicas prorumpimus, illicet artes,  
Haec ipſi Sathanæ uerba tremenda ſonant.

lano

*Eam non de nihilo Deus ingentem creat orbem;*

*Nunc autore caret, principioq; chaos.*

*Nunc & noticias ueri, perfecta q; sensa*

*Debemus magie, sideribus, Satanae.*

*Edita q; à Christi miracula numine sancto*

*Signa q; uel genys non imitanda bonis:*

*Prestabit medici famosus nominis hostis*

*Adq; imposturas natus agyra leues.*

*Fascinus, ut uana deludit imagine quenque*

*Nugarum ingenti quippe ualebit ope.*

*Iam tempestates casto deducere caelo,*

*Naturam poterit uiq; domare magus:*

*His adiunge notas fatali in paluere scriptas.*

*Huc exta oscinibus mixta uolatilibus.*

*Et celi rigidas in fata perennia uires,*

*Pendeat hinc queuis ut pote religio.*

*Cuncta cadant & cuncta exstant dominantibus astris.*

*In superis lateat prorsus & omne polis.*

*Cetera dicturum gelidus subito occupat horror.*

*An ne nouos memorem sanus Adamigenas?*

*Aut ut uirginis demens ex artubus artus*

*Te neget omnipotens Christe tulisse tuos?*

*Aut te mortalis uelamine carnis amictum*

*Lethum pro nobis oppetiisse veget?*

*Deniq; dum proprio rediuiuos corpore quenq;*

*Diuina fore nos inficiatur ope:*

*Quis ferat hac? non in medicas certe impetus artes.*

*Desinit in uerum proruit iste D E V M.*

*Quantumvis placidas iusta indignatio mentes*

*Exsticulat, ueri uersat amorq; Dei.*

*Non tulit hac (mansueto, ut quisquam pectore:) Erastus,*

*Huic operae preium recta monere fuit.*

*Nulle illam cura, nulli impedire labores.*

*Non studium vulgi, non metus inuidie.*

*Rem totam doctis sapienter pandere chartis  
Instituit: captis fuit Iehoua p̄q̄s.  
Qui sapit, & fido pietatis amore tenetur.  
Nec probat os fatuis mos quibus oblinere est.  
Hac leget, & casto perpendens omnia corde,  
In sterius uani despiciet Aureoli.*

X Y L A N D E R.

*Eiusdem in Bupalum, de ingratitudine temporum  
querentem, quod ipse tantus Paracel-  
sista non magni fiat.*

*Si fari possent, querentur tempora de te,  
Qui de temporibus Bupale, conquereris.*

GENERALIA HVIVS PARTIS  
PRIMÆ CAPITA QUÆDAM.

- 1 De Creatione.
- 2 De uirtute Miraculorum effectrice.
- 3 De uiribus Imaginationis, quas uel in proprium, uel in alienum corpus exercet.
- 4 De Fascinatione & affinibus ei affectionibus.
- 5 De cœlestium orbium rotatoribus Intelligentijs quædam.
- 6 An aliqua detur Magia naturalis & licita.
- 7 De Magia operatrice, eiusq; speciebus: ubi de Verborum, Characterrum, Imaginum, figurarum, atq; aliorum medicamentorum superstitiosorum efficacia fusè disputatur.
- 8 De Lanijs seu Strigibus non inutilia scitu.
- 9 De Magia Diuinatrice, eiusq; speciebus: ac de Diuinatione quoq; non pauca.
- 10 De coeli astrorumq; potestate & efficientia.
- 11 De uita & moribus Paracelsi nonnulla.

THE LIVELY ALMANAC

and companion to it.

And we are also pleased  
to present with them, during each month, a series of interesting

articles, on various subjects, which will be of interest to all  
our readers.

And we trust that our readers will find the  
information contained in these articles, both useful and interesting.

And we trust that our readers will find the  
information contained in these articles, both useful and interesting.

And we trust that our readers will find the  
information contained in these articles, both useful and interesting.

DISPV TATIONVM DE NO-  
VA MEDICINA PHILIPPI PARA-  
CELSI, PARS PRIMA, IN QVA QVAR  
de remedijis superstitionis & Curationi-  
bus Magicis ille prodidit, præci-  
puè examinantur,

Per

THOMAM ERASTVM, MEDICINÆ  
in Schola Heydelbergensi professorem.

Collocutores.

FVRNIVS, ERASTVS.



VRN. Quod iussisti, sedulò feci: libros  
Theophrasti, quotquot nancisci po-  
tui, plures centum & tredecim, atten-  
tè perlegi, sententias obseruatu dignas  
annotavi, inque classes digessi, quo re-  
ctius recorder. Confido sanè, te ex illis,  
quos mihi legere contigit, non facile  
producturum esse, cuius non possim absque magno la-  
bore reminisci. Quod igitur iam pridem abs te petui,  
nunc etiam vehementer peto, ut mihi non graueris ex-  
plicare, cur, quæ vtiliter nouasse permultis videtur, dam-  
nanda existimes. Non sic diligo Paracelsum, ex quo me  
profecisse non nego, quin plus amem veritatem, in hac  
præsertim causa, in qua errare non tantum est turpe, ve-  
rum etiam perniciosum. ER. Si animus tuus est, quem  
præ te fers, age proponito materiam concertationi no-  
stræ. Ad me quod attinet, eupio equidem ex animo tibi  
alijsque cunctis, pro virili mea, ista quidem in re gratia

ERASTI DISPUTAT.

cari. FVR. Hoc primum ex te scire velim, quid putas  
causæ esse, quod cum celeberrimi & clarissimi Medici  
vno ferè ore clamitent, falsa & incepta esse Paracelsi do-  
gmata, nullus tamen hanc in se prouinciam suscipere  
voluerit, ut totam eius doctrinam excuteret, ac falsa so-  
lidis rationibus confutaret. ER. Silentij & consilij a-  
**Errores pu-**  
**blicè noxijs**  
**reprehendendi.** liorum causas nescio: at hoc interim scio, non decere vi-  
ros bonos connuere ad errores publicè noxijs. Ego sa-  
nè nunquam non dixi, quid de hisce rebus sentirem, lau-  
dans quæ laudem mereri videbantur, & vituperans quæ  
damnosa esse aut fuisse comperistem. Nunc etiam para-  
tus sum apertè tibi meam de capitibus interrogatis sen-  
tentiam declarare. Quod ad alios spectat, suspicor ego

**Prorsus ab-** doctos omnes in ea esse opinione, extremè absurdas i-  
surda non magnationes, quales certè sunt Paracelsi ex, minimè ar-  
sunt argu- gumentis esse refellendas. Talia enim segmenta sc ipsa  
mentis refūl conficiunt, ac defensores talium mutuis vulneribus ple-  
lenda. runque concidunt. FVR. Non sum sollicitus hac de-  
re, modo ex te audiam, quid sequendum mihi sit. ER.

**Propositio** 1. Ergo, si libet, primū examinemus, quā cōsentanea sint  
totius ope- 2. pietati, quæ de diuinis rebus passim suis libris intersper-  
rit. Deinde quæ & qualis Philosophia eius fuerit consi-  
deremus. Post hæc Medica examinemus, primum qui-  
dem generatim: mox etiam speciatim aliquot morbo-  
rum causas, origines, conditiones, curationesque exper-  
damus. FVR. Etsi præcipue vellem cognoscere, quæ  
de Medicina scripsisset non recte, nec in ea, quæ de rebus  
ad pietatem Religionemque pertinentibus aliquando  
differuit, inquire cuperem, non repugnabo tamen vo-  
luntati ac iudicio tuo, si modò cum fructu nos iudices  
in hac disceptatione versatueros. Ego namq; non putē  
ideo Paracelsum in Medicina non esse probandum, si  
de Diuinis rebus alicubi perperam sensisse demonstre-  
tur. Quoniā si hæc ratio valeat, nec Aristotelis, nec Hip-  
pocra-

pocratis & Galeni placita teneri ac probari poterunt: cum certum confessumque sit, omnes impiè de Deo rebusque sacris disputauisse. ER. Non hæc causa est, sed quod video plurima Medicinæ illius capita, in quā tam multa de superstitionis remedij, & nefarijs ac Magicis curationibus continentur, non posse à nobis ritè explicari, priusquam hæc expensa fuerint. Confutabit simul harum rerum declaratio Paracelsum ipsiusque discipulos contendentes, ideo non esse predictos autores legendos, quia Gentiles fuerint, & à pietate aliena quædam scripsierint. Quippe si ostensum fuerit, Paracelsum quoque impiè sensisse & scripsisse, nemo nos accusare porro poterit, quod huius scripta illorū monumentis hoc nomine non præferamus. FVR. Perinde mihi est, unde collationis nostræ initium fiat, si modo consequar, quod cupio. Oro interim, vt in illis, quæ ad res Medicas non multum faciunt, illustrandas, brevior esse velis. ER. Aequum petis, ideoque paucis percurremus, quæ de Creatione, Diuinatione & Prophætia, Miraculorum virtute, & similibus alijs scripsit non piè: nisi cum fortè tu nos plura voles dicere. Pluribus excutiemus, quæ de cœlorum efficientia, de characterum, verborum, & incantationum viribus ad morbos vel infligendos vel profili gandos formiauit. FVR. An igitur in creatione aliud reprehendis, quam quod in lib. ad Atheniensēs scribit, Creationem rerum esse segregationem? ER. Non accuso tantum, sed planè execror omnia. Scripsit multa Creatio Pa  
monstrofē, & vt sic scriberet omnia id solum videtur racelso est studuisse: at in hoc libro se ipsum longè superauit. Ni- separatio- hil tam præposterē, tam inconditē, tam monstrofē, tam impiè, tam sacrilegē scriptum ex cogitari potest, quam sunt quæ in hunc librum ex spurcissima mente expuit. Sic inter se pugnantia eruūt auit ebrius Sannio, vt non mirari, sed planè stupere cogat attentum lectorēm. Sa-

cræ literæ nos docent, Deum de principio cœlum & terram, deinde lucem creauisse, mox lucem à tenebris, aquas ab aquis interposito firmamento discreuisse, post elementa confusa adhuc distinxisse, ac singulis, quæ, quot, qualia ex se producere deberet, imperauisse. Tandem creatis prius sideribus hominem formauisse. Quæcum sic habeant, non poterit inter Christianos nomen suum rectè profiteri, quisquis à Deo vniuersa creata esse non persuassimum habet. Eundem confiteri hoc etiam oportet, Deum omnipotente suo verbo, quo creauit omnia, non distribuuisse tantum elementa concinna, verum etiam ex eisdem creasse, quæ ex eis nata cernimus. FVR. Horum Paracelsus nihil negat. E R. Utinam sic sit. Nos ex nihilo creata à Deo cuncta scimus, Paracelsus ex mysterio magno, (Sic nominat materiam primam) res omnes prodijisse, non per creationem, sed

*Mysterium* per secretionem. Quippe in illo suo mysterio, quod *magnū Paracelsi in-creatūm* per secretione-creatum esse verbis explicatissimis Latinis ac germanicas aliquoties repetitis asseueratur, res omnes conten-creatūtas latuisse, & per segregationem emersisse affirmit. Dubitauit aliquando apud me, an per mysterium magnum intelligerer vel locum vniuersi, vel aliud quippiam. Sed non sinit nos aliud accipere quam materiam, partim quia apertè sic ipsem interpretatur, partim quia tam crebrò matrem rerum vocat, partim quia ex eodem sic facta esse cuncta dicit, quomodo ex lacte butyrum & caseus, & ex caseo vermes generantur. Hoc tamen mysterium affirmatè ait increatum esse, atque in hoc increatum à Deo creatas fuisse res cæteras omnes. Sanè ut nō

*Limbus Paracelsi* ma- aliud ei fuit Mysterium hoc increatum, quām Anaxago- gnus Para- ricus Chaos (quod in aliquot scriptorum suorum lo- celſi quid. cis Limbum magnum vocat) ita nihil aliud ipsi est crea Separatio quid Par- tio, quam separatio. Separationem porrò definit ipſe celſo, met in lib. de Thermis, secretionē duarum aut plurium rerum

rerum cōiunctarum, ut suis quæque viribus uti possit. Idē hoc Anaxagoræ placuit: Quinimò Anaxagora hoc magis impius est Paracelsus, quod ille separationē à Mente simplicissima, sapiētissima, potētissima, hoc est, Diuina, us Anaxa- perfectā scribit, Paracelsus factis & mortalibus quibus- gora.

dā Deunculis tribuit: FVR. Bona verba quæso. Non in deteriorē rapiēda, sed in meliorē partem interpretāda sunt hominum eruditōrum dicta. E R. Si modo vel ipsi patiantur, vel pietas sinat. Nam ad impietatis apertę cri- men esse mutum, insignis est impietas. FVR. Quod igi- tur tam graue est peccatum? E R. An leuia tu iudicas,

*Ad impieta  
testifilem  
pium est.*

quæ recensui? Age igitur sigillatim consideremus. Ex materia prima increata facta sunt, inquit, sensibilia & in sensibilia. Et quamuis omnia in id, quod prius erant, re-

*Sentētia Pa-  
racelsi de  
Creatione.*

uertantur, non tamen in materiam primam resoluuntur, sed in id, quod ante hanc erat: (quod in lib. de Modo purgandi repetit dicens, Antequam cœlum & terra es- sent, aliquid fuit, non hoc tamen, quod nūc cernimus.)

FVR. Quod materiam primam increatam dixit, in eo non dissentit à Scholasticis, quos ob hanc causam nullus impietatis coarguit. Quod per secretionem ex prima materia producta cetera afferuit, idem quodammodo quod Moses fecit. Deinde satis se declarat, quomodo hoc intelligi velit, dū scribit res imperfectè suis formis exornatas in mysterio latuissime, potētia scilicet. Cum in id corrumpi omnia ait, quod antè mysterium erat, ipsum nihilum intelligit. Etenim text. 21. cum manere hoc dicit, quod ante mysterium fuit, non sic intelligendum monet, quasi aliquid futuri simus. In nihilum resoluor, inquit, quoniā ex nihilo sum de principio. Quanquam enim omnia dicamus redire in id quod prius erant, nihil tamen intelligimus, quām in nihilum abire iterum, quod est primum ipsorum. Sic in lib. de Modo purgandi. Cum quod nunc aliquid est rediit ad nihilū,

remanet quod prius erat. Cæterum quod etiam alios  
præter Dcūm distinxisse informēm materiam scripsit,  
excusari fortasse poterit apud æquos æstimates. E.R.

*Theologi* Theologi negant materiam primam sic creatam esse,  
*materiā pri-* vt omni forma careret, at concretam cum certis for-  
*mam, non* erat, sed mis constanter affirmant. Infinitè differunt hæ duæ ora  
*cōcreatam* tiones: Materia prima non est sine omni forma creata:  
dicunt. & Materia prima est increata. Creatio porrò alia est sic  
*Creatio du-* proprìè appellata, cum scilicet res ex nullo præexisten-  
plex. te (Sic enim voco quod Græci *πρωτόπαρον*) sine ex ni-  
hilo fiunt. In qua effectione omnino est necesse, vt mu-  
tatio siue alteratio nulla præcedat: quæ est altera crea-  
tionis cōditio. Quippe mutari seu alterari nihil potest,  
*Creatio* nisi prius existat. Habet ergo creatio proprìè dicta has  
*duas habet* duas conditiones, vt sit rerum effectio ex nihilo, & nul-  
*cōditiones.* la præeunte alteratione subito existens. Dicitur alia quo  
que ratione creatio, minus fortasse proprìè, at vsitate ta-  
men & Sacris literis consentaneè, quotiens ex præexi-  
stente quidem aliquo fit quippiam, verum ita fit, quo-  
modo à vi creatu nulla, sed à solo Deo potuit effici. Ha-  
bet hæc quoque creatio duas conditiones, quod scili-  
cket ex nullo seminario, ex quo creata potestas idem e-  
ducere queat, fiunt, & quod repente absque motu vel  
alteratione existunt. Evidem quæ in instanti absque  
omni motu facta sunt, aliter produci non potuerunt,  
quam per quandam creationem. Non iam quæ per ge-  
nerationem fiunt, per motum & successionem cuncta  
fiunt. Quod si ex materia insuper talia fiant subito, in  
qua nulla præsuit habilitas ad eorum effectiōnem, mal-  
to magis creata fuerunt. Etenim habilitatem formæ,  
quam rationē seminalem Augustinus nominat, simul  
cum forma & dispositione necessariare repente introdu-  
ctam fuisse oportet. Atqui seminales rationes a solo  
Creatore materiæ donari posse, & quæ certum est, atque  
Deum

Deum esse omnium effectorem certum est. Ambæ creationes in effectione huius mundi, clarè perspicueq; cernuntur. Quoniam principio creauit Deus materiam totius mundi, sub coeli & elementorum formis, ex nihilo. Complectitur enim scriptura elementa inter se adhuc confusa nomine terræ, sicut ex eo patet, quod mox mētio fit aquæ, & in 2. deinde cap. etiam aeris seu vaporis exhalantis. Sed & ignem admixtum fuisse intelligimus, cum sine calore exhalationes nullæ fiant. Ex his elemētis deinde nulla prorsus alteratione prægressa diuersas rerum species omnipotente suo verbo creauit idem opifex. Non ergo per segregationem actu existentes res, latentes tamen, protraxit, sed cum non essent adhuc, esse repente iussit. Disertè namque dicitur, terram, id est, elementorum massam, inanem & vacuam extitisse, hoc est, formis istis compositarum rerum caruisse, quæ simul atque Deus esse iussit, eodem illo momento perfec-<sup>tæ</sup> extiterint. F V R. Non sic omnes Theologi de creationis opere loqui videntur, sed plerique, præsertim au-  
tem Scholastici, de principio mundum creatum fuisse. Scholastico  
aiunt, postmodum verò distinctū & exornatum à Deo. rū de crea-  
asserunt. Proinde creationem definiunt productione tione sentē-  
totius E S S E (non solius materiae) ex nihilo. ER. Non tia.  
nescio eos sic loqui, vt dixisti: nec reprehendo aliter lo- Definitio  
quentes, non aliter tamen sentientes. Non quomodo Creationis  
loqui alijs placuerit, in præsentia inquiero, sed quid Sa- apud sc o-  
cris literis magis consentaneum sit inuestigo. Dicit lasticos.  
autem Moses Deum de principio cœlum & terrā crea-  
uisse. Hanc autem rūdem, inconditam, & inanem adhuc  
fuisse, atque sub aquis nullis vestitam plantis latuisse.  
Quod enim plantæ in terra non fuerint actu, clarissime Plantæ non  
ex 2. capite perspicimus, cum ait Moses, Et omne virgul fuerunt a-  
tum agri antequam esset in terra: & omnem herbā an- tu in ter-  
sequam oriretur. Item sex diebus affuerat scripturæ ra.

Deum

8 ERAST. DISPUTAT.

Deum in opere creationis versatum, septimo demum die quieuisse. Quod si ergo principio creauit vniuersa, & quæ diebus consequentibus fecit, non creauit, nihil aliud fecit, quam segregauit confusa instar Anaxagoreæ MENTIS: quod absurdum pariter & impium est dictu. Etenim terra non fuisset inanis & vacua, si in se habuisset actu plantas, quas postea protulit. Nec tenebræ fuissent super abyssō, si lux actu permixta fuisse. Nihil enim aliud sunt tenebræ, quam priuatio vel absentia lucis. An non apertè scribitur, Deum creauisse pisces, quos in aquis existere iussit, atque hominem, quem ex limo terre

*Res omnes  
vel create  
sunt, vel ge  
nerata.* formauit? Si non creauit hæc, non sunt creature. Quare creatæ sunt. Etenim quicquid, cum non esset, postmodum extitit, vel fuit creatum vel generatum. Quod generatur, ex seminario siue subiecto apto per alterationē ex potentia ad actum perducitur. Atqui constat non sic esse effectas creature, de quibus sermo nobis est. Quare sequitur creatas esse eas. FVRN. Rectè dicitur creauisse, quia materiam, hoc est, terram ex nihilo fecerat, ex qua deinde alia prodire iussit. ER. Fallitur, qui putat opera sex dierum ideo solum creature vocari, quia materia eorum ex nihilo creata fuit. Etenim Scriptura tunc creatum Adamum dicit, cum ex limo terre formatus spiritum vitæ accepit. Sic & Eva creata scribitur, cum ex dormientis Adami colta efficta fuit. Concedo igitur mundi materiam principio sub coeli & elemē torum formis creatam ex nihilo. At mundi exercitum siue ornatum, quem ex materia postmodum fecit, creatum non esse nego. Quippe duplex est creatio, sicut dixi. Et de priore concedo definitionem à te adductā: in qua constat simul cum forma etiam materialiter simPLICITERQUE ex nihilo creatam, hoc est, totum ESSERE rei ex nihilo productum fuisse. In altera Creationis specie, non creature quidem absolutè materia, sed quodam modo crea-

do creatur tamen,dum scilicet potentia & dispositio, si  
ne quibus recipere formam nequeat,vnā cum forma  
subitō & absque alteratione concreantur. Quare ut il-  
lic materia, ita hic potentia & dispositio,& per hoc ipsa  
quoque, non absolute quidem, at secundum aliquid tam  
men, creatur. Etenim ab his accipit nomen & naturam  
materiæ. FVR. Non satis intelligo. ERA. Materia di-  
citur esse materia ex comparatione ad formam. Quo-  
niam si res quæpiam non possit recipere formam ali-  
quam, ne materia quidem eius censeri valet. Hinc est,  
quod nullus ita insanit, ut lapides materiam putet esse  
sanguinis aut panis. Quisquis ergo lapidibus conatu  
non irrito formam panis vult inducere, materiam pa-  
nis efficere cogitur. Cæterū res quælibet materia rei  
alius est aut non est, propter dispositionē formæ intro-  
ducenda conuenientem, aut inconuenientem. Etenim  
neque possibile neque intelligibile est, formam in subie-  
cto esse non ritè disposito & præparato. At verò dispo-  
ni ac præparari vnumquodque ad illius solius formæ  
receptionem potest, quam in se potentia prius habet,  
hoc est, cuius aptitudinem vel seminariam virtutem à  
Deo accepit. Quippe formam subiecto dare, nil est ali-  
ud, quam potentiam subiecti ad actum deducere. Nec iecto dare,  
alia causa est, quod non ex quolibet quodlibet, sed ex quid.  
determinato determinatū solummodo efficitur, quam  
quod non quælibet res potentiam habet cuiuslibet for-  
mæ. Quod si agens creatum, in materiam in quam agit,  
vel infondere potentiam quamlibet posset, vel absq; hac  
inducere desideratam formam valeret, tunc quodlibet  
ex quolibet effici posset. Atqui constat vires creatas id  
solum ex subiecto, in quod agunt, efficere, quod hoc fie-  
ti, illæ autem facere aptæ natæ sunt. Quocirca non pos-  
sunt creatæ virtutes materiæ potentiam, quam non ha-  
bet prius, donare, nec sine ea formā imprimere. Solius

*Creatura  
teria abso-  
lute, & se-  
cundum ali-  
quid.*

*Materia eff  
materia.*

*propter di-  
positionē.*

*Formā sub  
iecto dare,*

*ex quid.*

Cr̄atoris omnipotentis Dei munus est, materiam pro-  
 sua voluntate ad recipiendum quaslibet formas habile  
 reddere. Non est interim absurdum, immo certum, est ac  
 verum, res easdem à dissimilibus causis dissimilibus mo  
 dis affici. Panis enim, exempli gratia, ab igne potest in ci  
 nerem redigi, in sanguinem verti non potest. Idem ab a  
 nimalis calore in sanguinem permutari potest, in cine  
 res solui eodem modo nequaquam potest. Ergo potest  
 ab animalis calore panis in sanguinem & carnem verti,  
 ab igneo calore permutari hoc pacto non potest, quod  
 potentiam habeat, per quam à calore animalis sic mu  
 tetur, non à calore ignis. Lapidés autem nec ab ignis,  
 nec ab animalium calore mutari in sanguinem possunt,  
 propterea quod hac potentia carent ad utramque cau  
 fam relati: panis autem ad ignem tantum collatus eo  
 dē carere cernitur. Ex his liquet prīmō quidem, vnum  
 quodque subiectum tunc fieri materiam alijs rei, cum  
 potentiam & dispositionem inducēdā formā congru  
 entem adipiscitur. Deinde liquet illūd etiam, causam,  
 quæ potentiam hanc & dispositionem simul rebus qui  
 buslibet largitur, ex non materia efficere eas materiam.  
 Sanè qui lapidibus potentiam & aptitudinē contribue  
 ret, qua possent in sanguinem transmutari ab hominis  
 calore, is meritò censeretur lapides, qui sanguinis ma  
 teria non sunt, materiam sanguinis effecisse. Sic qui la  
 pidés vno momento in veros panes transmutaret, vna  
 cum forma panis materiam quoque concreauisse re  
 citè diceretur, dum dispositionem & potentiam necessa  
 riam simul indidisset, eamque ex præexistente poten  
 tia naturali nulla eduxisset. Liquet tertio, solum Creato  
 rem potentias, quas vult, materiae inserere posse, vt qui  
 rie poten  
 tiam. at. Hoc certè maximè & apertissimè differt actio Crea  
 tionis ab actionibus Cœaturarum omnium, quod hæ  
 in ma-

In materiam illum actum solum inducere possunt, idq; Actio Crea-  
toris et crea-  
ture quo-  
modo diffe-  
rat. non sine motu & alteratione, qui potentia prius in ea inest, ille autem vna cum actu seu forma absque motu & alteratione interveniente ipsam quoque materiam repente efficit, vel simpliciter, vel secundum potētiam & dispositiones necessarias. Illud in prima Elementoru ac Cœli, hoc in secunda creatione præstitit, cum ex terra plantas & animalia creauit. Etenim momento eodē, quo, vt hēc existerent, iussit, tam varie omnipotente suo Verbo materiae partes miscuit ac temperauit, tamque multiplicibus potentijs & dispositionibus distinxit & exornauit, quam variae multiplicesque formæ in eadem subito appāruerunt. Hanc operationem Creatoris si appellare aliter voles, non litigabo, modo à creatarum virium actionibus aptè distinguas, & à solo omnipotente Creatoris Verbo res sic effici potuisse effectasque fuisse persuasum habeas. F V R. Ne ego quidem solicitus porrò ero, quo quisque nomine eam appellare velit. Quanquam aptius & concinnius cum Scriptura vocari Creationem putem, quam alio quouis modo. Equidem pertenens est differentia inter hanc & primā creationem, & per idem Verbum vtraque perfecta consummataque fuit. Ceterū quia Creatio omnium simul vno momento facta illustrior & glorioſior esse videtur, Creatio mo-  
mentanea  
glorioſior  
videtur. quo modo non minus honorificè videntur sentire, qui diuersis temporibus à Deo perfectum mundum oportuantur. Hoc enim virtutis agentis imbecillitatem (cum nemo nostrum triduo velit peragere, quæ vno die queat absoluere.) illud autem præstantiam arguere videtur. E R. Si ob id Deus sex diebus perfecisset vniuersitatem hanc, quia citius non potuisset, aliquid dicere videreris. Iam cum ipsa sit sapientia, & in vno potuerit momento non solum creata hæc producere, sed & alia infinita, liquet non sine mysterio hoc potius modo, quam illo fa-

tricam huius mundi absoluisse. Aestimari autem dignitas & Maiestas virtutis Creatoris non tam ex momentanea creatione, quam ex rerum factarum præstantia, ornatu, natura, viribus, duratione, alijsq; talibus, in primis vero ex procreationis modo debet. Dixit enim & facta sunt, & quidē sic, ut melius fieri non possent. Ex paucis hisce perspicis, excusare te non posse Paracelsum. Primum enim. Mysterium suum increatum absolute nominat, non autem cum Scholasticis absque forma aliqua creatum negat tantum. Adde quod ne alias quidem res creatas concedit, sed in mysterio increato absconditas fuisse dicit, ac per separationem apparuisse. Constat autem ex Sacris literis Deum composita ex elementis creauisse, cum in eis non inessent, non ex eisdem solum secreuisse. Longissime namque Mosis verba distant à Paracelsicis. Quamuis enim dicat res non fuisse absolutas in illo mysterio, sic tamen in eo latuisse dicit, quemadmodum in medicamento ex diuersis rebus sciente composito, licet materia videatur esse una, diuersae insunt vires. Hoc ipse exemplo cum se declareret, non repetio quomodo defendam. Si contendas etiam cum putauisse potentia inesse, nihil profeceris. Quippe potentia illa materia fuit omnium, quæ ab homine percipi animo possit, remotissima & generalissima. Nulla enim pars eius magis fuit potētia homo, quam saxum, quam planta, quam aliud quidvis. Quare simpliciter absoluteque impossibile fuit omnibus creaturis per separationem res compositas ex illa materia promere, aut in ea ostendere. Non erat tunc pars eius aliqua potentia vel planta, vel brutum, vel homo, sicut nunc semē aliquod potentia est planta, animal, homo. Sed quid dico? ne semina quidem per solam separationem sunt, quod esse possunt, sed opus est hic etiam varia, longa, & multipli- ci alteratione mutatione que, ut nullus nescit, præter Pa-

*Potētia ma-  
teria qua-  
lis.*

racel.

racelsum. Ex eius opinione illud etiam sequitur, ante mysterium illud increatum neque aliquid neque nihil fuisse, ac proinde nil nisi verborum portenta eum sonuisse cum de his rebus impie arroganterque garriret, ac Deum opt. max. subsannaret. Evidem quod increatum est, æternum est. Ante æternum neque aliquid, neque nihil potest cogitari. Si enim post ipsum nihil Mysterium extitisset, creatum fuisse, nisi forte ipsum se ipsum in nihilo occulta quisset, dum Paracelsus protrahet. Sic cum creatum aliquando dicit, ebrium se aut insanum talia scripsisse clare nobis demonstrat. In lib. de Meteorol. impress. hæc legimus. Deum elementa, diximus, ex nihilo creauisse. Iam ergo scrutabimur quo posuerit illud, quod locum, quem elementa obtinet, occupabat. Est autem cum adhærentibus detrusum ad infernum ex coelo & elementorum loco: & quod hinc pulsuum non est, in loco est Paradysi. Paulo post: Est itaque principium quatuor elementorum ex nihilo creatum. Locus enim in quo iam sunt, antea corruptibile nihil completebatur, ex quo videlicet corruptibile creari posset. Quare conueniebat, ut incorruptibile in Paradisum secederet, atque in eius locum à Deo corruptibile crearetur, cœlum nempe seu chaos, id est, aer, postmodum alia elementa. An non recte dixi portenta esse aemonstra verborum, sani ac certi nihil continentia? Hoc constat, non putauisse eum nihil fuisse ante creatura ele- Aliquid fuit menta in eorum loco. Ex citatis enim verbis clare satis Paracelso appareret, eum solum vacuum non intellexisse. Hoc enim ante creaturum mundum in eius loco. suis angelis ad inferos, bonos autem angelos ad locum Paradysi relegatos existimarit. De Podagra scribens sic ait. In secunda creatione facti sunt ex angelis cœli, aqua, terra, aer. Quod in Angelica natura habuerunt, in hunc globum est distributum. In eadem scribit, homines, De-

mones, Angelos ex Limbo factos esse. Cæterum quid senserit difficile est dictu, ita fœdè inter se omnia pugnant. Et quia parum nostra interest, ne inuestigadum quidem censeo diligentius. FVR. Dicit in citatis locis elementa creata esse à Deo, quomodo ergo non iniuste tu eum accusas contrari? ER. Non ei facio iniuriam, dum verba & sententias eius candidè recito, & ex

*Paracelsus* illis rectè concludo. Quod autem in eadem sententia *ipse ipsū paf-*  
*sim oppu-*  
*gnat.* *pse* rarissimè perstitit, sed in omnibus fermè secum litigat, ne monendum quidem fuerit. Videbimus enim in

*Argumen-*  
*tum Para-*  
*celsi.* tota eius doctrina vix paucissimas esse sententias, quas non alicubi manifesta contradictione confutet. Quid verò ad hæc tu respondeas, cum sic argumentantur: Locus, in quo continentur elementa, corruptioni obnoxium nihil complectebatur. Ergo principium clementorum est ex nihilo creatum? FVR. Nolo ad ista nūc. Quinimò illud etiam liberè tibi largior, Deum non tantum vniuersi materiam sub formis cœli & elementorum, sed etiam lapides, metallā, plantas, animalia, denique hominem creasse, cum scriptura toties tamq; manifestè vocet Deum creatorem omnium horum. Etsi enim ex elementis facta esse certum est, creata nihilo minus dicuntur, quod nullo interveniente seminario, nullaque præcedente alteratione, quibus intercedenti bus nunc generantur res naturales, orta sunt, sed repente & in non tempore Dei omnipotente Verbo sic mandante extiterunt. ER. Quid de eo tibi videtur, quod ex magno Mysterio, id est, ex materia prima etiam creature insensibiles, hoc est, materiae expertes factas esse ait? Videtur enim fanaticorum illorum deliria probare, qui præter Deum creature omnes corporeas putaracelso ex uerunt: quam insaniam Sacrae literæ grauiter confutat.

*Elementa Pa-*  
*racelso ex*  
*Angelis fa-*  
*ctu.* Imò quid pro eo dices, cum ex Angelis Elementa dicit facta, contrarium priori affirmans? FVR. Insensibiles intelligi-

intelligit informes & imperfectas, quæ non actu, sed potentiæ solum sensibiles erant. E R. At sic erant insensibiles res omnes, præter elementa. Nam enim est declaratum, in materia prima nullas compositarum rerum formæ ita fuissent potentia, ut nunc in ea insunt, quæque ab agente creato deduci in actum potuissent. Quoniam potentia, quam tunc habuit solam, generalissima fuit, per quam ad rerum omnium creationem æquè idonea erat, ad nullam magis apta, quam ad aliam quamlibet. Denique talis erat potentia, quæ sola virtute creatoris posset perfici. Quid quod Philosophi etiam negarunt remotam materiam potentia esse hoc vel illud? De qua Materia re re potes legere Aristot. in 9. Metaph. cap. 7. quo in loco mota non est non rectè afferri scribit terram potentia esse arcum vel potentia hoc scyphum. Multas enim interuenire oportet mutationes antequam arca vel scyphus fiat: quæ mutationes non possunt ab uno motore excitari & ad finem usque duci. Potentia autem, de qua hic loquimur, longè remoter erat, quam nunc sit terræ potentia ad arcum ligneum vel poculum argenteum. Erat enim potentia purè vel potentia absolutè, quæ non magis unum actum, quam aliud purum, quamvis posset recipere. Ex tali autem potentia constat ab agente illo solo res diuersas effici posse, quod plenus habet imperium in materiam potentiamque eius omnem. Potentia ergo fuit in materia obedientiæ à Scholasticis appellata, non autem naturalis, quæ postea est ei indita, cum ex se, quæ voluit, proferre iussit. Falsum igitur est, sic fuissent res creatas in materia, quomodo in compagno pharmaco, cuius unica videatur esse materia, discrepantes insunt vites & facultates: quomodo in virione humana insunt quatuor elementa: quomodo in trullo inest Mercurius: quomodo in latte insunt serum, caseus, butyrum. His enim exemplis vitetur, nisi quod negat aliquid respectum inutile fuisse, quod in effectione

Potentia materialiter in creatione generativa

generalissima

fuit.

aliquid.

Mercurii vsu venit. Absurdius est, quod per separationem  
 cuncta prodisse assent, si actu fuisse negat. Quanquam  
 quomodo negaturus sit non videam, cum sic scribat ex  
 Mysterio suo res creatas per separationem emersisse,  
 quomodo ex lacte per acetum iniectum diuiso caseus,  
 butyrum, & serum prodit, & quomodo in igne metalla  
 à se inuicem in gleba aliqua una contenta separantur.  
 Adde quod ipsem et scribit in separatione partem in e-  
 lementa secessisse, partem in vegetabilia secretam, par-  
 tem in res inuisibiles distinctam fuisse. Item text. II. lib.  
 „ 2. apertè affirmat, spiritus inuisibiles in tenebris degen-  
 „ tes in magno Mysterio fuisse. Intelligitur idem ex eo  
 quod cuilibet elemento tales substantias assignat, ut  
 mox audiemus. Quod si excipias, non eodem semper  
**Monstroſe** modo loqui, idem respondebo, quod supra etiam atti-  
**Paracelſi** gi, tam monstroſas in scriptis illius contradictiones in-  
**cōtradicō** ueniri, vt, qui cum iudicio legit, cogitare aliter non pos-  
 nes. sit, quam vel hominum omnium fuisse portentosissi-  
 mum, vel à pessimo Dæmone impulsum ad ea scriben-  
 da, quæ vix piè quisquam possit legere. Vim separatrixē  
 illam ex Mysterio illo omnia promentem, quam appellat Magiam, naturalem ne vocet an Diuinam dubitare  
 se scribit: de quo ne Gentiles quidem ulli, præter Epicu-  
 reos & Atheos quosdam, dubitauisse leguntur. FVR.  
 Hæc iam sinamus, & ad alia pergamus. ER. Restat ali-  
 quid præterea excutiendum. Contendit enim contra  
 sacras literas, elementa non à Deo statim creata, sed per  
 primam secretionem ex magno Mysterio orta fuisse. In  
 hac segregatione Ignem, cœlum, seu vas continens ac  
 veluti matricem firmamenti, Aerem vacuum recepta-  
 culum inuisibilium & fatalium creaturarum, Aquam  
 cubile Nymphaeum, Terram denique coagulatum ho-  
 spitium quoddam nescio quorum spectrorum, factam  
 esse. Quæ quia sacris palam libris aduersantur, & cum  
 omnium

omnium philosophorum sententij pugnant, refutatio  
 ne nulla eagent, sicut & sequentia. Quippe talium con-  
 futationem nullus expectabit homo intelligens. Ergo  
 in secunda separatione scribit generata ex igne fuisse  
 cœlum & astra, quæ sic in igne fuerint, ut in arbore in- Cœlum &  
 sunt hyeme folia, flores, fructus. Ex aere genita dicit Fa- astra ex i-  
 ta, Impressiones, Incantationes, Superstitiones, Venefi- gne sepa-  
 cia, Visiones, Sortilegia, Diuinationes, Melosinas, Die- rata.  
 meas, Drudales, Neufarenos, Spiritus, &c. quarum Die- Ex aere  
 meas in lapidibus, Drudales in arboribus, Neufarenos in que genera-  
 poris terræ, Spiritus in ipso aere habitet. Ex aqua natos tu.  
 ait pisces, Sales, Metalla, Corallo, Trina, Citrones, mo- Ex Aqua  
 stra aquatica, Nymphas, Syrenes, Drames, Lorintes, que.  
 Nesderos, alias quæ creaturas rationis participes, quarū  
 aliæ perpetua fruantur vita, aliæ intermoriuntur, aliæ  
 nascituræ adhuc sint. Nondum enim separationem in  
 hoc elemento perfectam esse. Ex terra orta asserit sensi Ex terra  
 lia & insensilia, mortalia & immortalia, Gnomos, ho- que.  
 mines feros, Lamias, Gigantes, &c. In summa text. 8. lib.  
 2. hæc scribit. Elementorum quoduis continet ex se ge- "  
 nerata tum ratione prædicta tum ratione carentia. Non "  
 minus enim habet cœlum creaturas rationis partici- "  
 pes, quam terra. Par ratio est aëris & aquæ. Et quis nos Omnia ele-  
 certos reddet cuiusnam elementi creaturis data sit fi- menta ha-  
 des vera, aut patefacta via ad salutem, siue quænam ex bent creatu-  
 his quatuor generibus possideant beatitudinem? quod ras rationa-  
 nunc mitto. Haud interim aliter potest fieri, quin in o- les: et incer-  
 mnibus quatuor sint homines, sicut in terra. Hæc Para- tum est qui  
 celsus: quibus alibi addit, aerea animalia coniungi cum ita sit via  
 hominibus posse & ex eis generare, (vt Melosinæ cuidā ad salutem.  
 Galliæ accederit,) ac per coniugium acquirere animam "  
 humanam, qua prius destituantur. Carnem & ossa ha- "  
 bere atque animalia esse ait, anima tamen carere, quo "  
 ab Adami posteris differant. Carnē ea tamen habere sub- "

tilem, ut persolida omnia penetret: morbis tamen ac  
 „ morti etiam (cum prius eis ne ignem quidem nocere  
 „ posse dixisset) instar hominum obnoxia esse: itē loqui,  
 „ edere, bibere, suoque sibi labore victum quārere. Non  
 „ iudicat inconueniens & impossibile, ut duo corpora in  
 „ eodem loco sint simul. Quippe scribit aperte, speciem  
 „ Pygmęorum, quos Sylphes antiqui vocarint, à Diabolis,  
 „ ob sideri & in muros & arbores introduci absq; perfo-  
 „ ratione, ut duo sint corpora in vno. Has Sylphes incisis  
 „ arboribus sanguinem profundere ait, propterea quod,  
 „ tametsi spiritus sint, carnes & ossa habeāt. Quanquam  
 „ verò expertes sint anima creaturæ, participare tamē ra-  
 „ tione omniq; humana sapientia. Quinetiam non præ-  
 „ sentia tantum, verùm etiam futura præsentire, & occul-  
 „ ta quælibet hominibus patefacere. His in præsenti loco  
 „ etiam Fati, (sic spiritum quendam nominat) generatio-  
 „ nem allinit, quæ tametsi multiplex sit, esse tamē Fatum.  
 „ incorporeū, sicut ipse quoq; aer incorporeus sit. Hæc,  
 „ inquam, monstra, qui refutare volet, nil aliud lucrabi-  
 „ tur, quam quod non omnino bardis se deridēdum pro-  
 „ pinabit. Sufficit, puto, recensuisse tantum, cum ipsa reci-  
 „ tatione satis confutentur. F V R. Sic est: At non propte-  
 „ rea abiiscienda sunt omnia, quia quedā parum sunt con-  
 „ cinnè ab eo dicta. Putandū nobis est, eum aliter voluisse  
 „ intelligi, quam verba sonare videntur. E R. Si aliter vo-  
 „ luisset intelligi, aliter fuisse locutus. Quod si nō voluit  
 „ intelligi, nec ego intelligere eum volo. Certè voces no-  
 „ tæ sunt cogitationum animi. Quę cum non significant  
 „ nisi ex constituto hominum, sic cogimur de cuiusque  
 „ sententia estimare, ut verbis eam proponit. Scis Galenū  
 „ duo facere hominum genera nihil docentiū, & in vtro-

Duo gene- que censi posse Paracelsum, nemo, qui libros eius at-  
 „ re nihil do- tentè perlegit, ambigit. Vnum est eorum, qui in plerisq;  
 „ centium. confugiūt ad occultas & ineffabiles proprietates: Alte-  
 „ rum

rum eorum, qui verbis eloquuntur quidem, quod sentiunt, at non ita vntuntur eis sicut alijs. Hoc qui faciunt, vel per infantiam & ruditatem melius se ipsos interpre tari non poslunt, vel res nefarias sub verbis vstatis tegunt, vel se scire simulat, quæ didicerunt nunquam. Sunt enim aliqui tam fatui, vt quæ non intelligunt, nescio quam reconditam sapientiæ continere putent. Sed hec præter institutum, ad quod tedeundum nunc est. Crea ri diximus, quæ ex nulla re præexistente siue ex nihilo Producuntur. Creari item diximus, etsi minus fortasse Propriè, quæ, tametsi *in προύπαρεχοντος* facta sint, nulla tamen præcedente alteratione subito existunt, præser tim autem, si, præterquam quod absq; mutatione alia repente sunt, subiectum vel nullam in se habuerit de terminatam potentiam rei producendæ, vel ita remo tam, vt præter Deum à nulla potentia potuerit actus elicatur. Et materiam quidem totius vniuersi à Deo sub for mis coeli & terre, siue elementorum, ex nihilo creatam, siue eum eisdem formis concretam clarè ostendimus. Ex hac deinde res cunctas alias nulla interueniente alteracione, nullaq; potentia formarum in materia inexistenti, eadē potestate creatas esse commonstrauimus. Etenim simplici iussu procreatæ sunt plantæ, pisces, volucres, cæteraq; animalia omnia. Et quod horum omnium nullum præfuerit in materia seminariū tale, propter quod magis minuscue apta ad vnius certę rei quam alijs cuiusq; effectionem censeri possit, satis super que manifestum est. Quippe hanc vim deinde materiae inse ruit omnipotens Dominus, cum, vt singula porrò talia nascerentur, qualia in prima creatione fuissent, manda ret. Quam fœdè pugnet cum his Paracelsus, ex retrò di cts perspicuū est. Nunc quomodo excusare velis, quod separatores à Deo alios confinxit, vehementer audire cupio. Quoniā fuit aliquid, inquit, ex cuius secrezione "

**D**icitur enim creata sunt omnia, ante omnia discrimen est tenendum  
**D**eorum iuxta Paracelsum, quod Deorum, idque hoc pacto. Res creatae diuisae sunt in alteras & fluxiles, propterea quod mysteriorum creator alius fuit, non summus ille Deus. Ratio est, quod cum iudex & caeligator sit creaturarum omnium, quibus permisum est malum facere, non potuerunt ab ipso tales effici. Deinde, cum res creatae ad malum allicantur, impellantur, & cogantur a siderib Fato & inferis; hoc autem Deo non competit, qui liberè nos creauisset: alius effector querendus est. Demum, quia multi nascuntur insatiati a Deo creati pietes & fatui, & vix millesimus sapit, probabile est nos tamen, sed a Deo non perfectissimi opificis, sed mortalium Deunculorum, culis mortaliis lib. prauis, in extremo iudicio nobiscum obnoxiorum, atque imperium in Mysterio illo habentium effecta operaque esse. FVR. Memini preclarè ista me legere in principio lib. 2. ad Athenien. Reuocant ea mihi in memoriam, quæ de stultorum ortu scripsit in libello huic rei dicato. Notandum est, inquit, fatuos a coeli fabris, magistris, eorumque discipulis effictos esse. Et a perfecto quidem in arte sua arte fabrica nihil imperfecti efficitur: at quod a discipulis fit, quos fabricando fabros fieri oportet, ridiculum iespe est. Homo igitur hominem seminando veluti lignum seu materiam exhibit Vulcano: (Non magis enim homo generat seu efficit hominem, quam rusticus triticum, quod seminavit efficit) in cuius absentia discipuli non nunquam corrumpunt effigiem, stultosque generant, quod incondita depravataque corporis structura, & distorta facies plerique indicat. Id inde adeo euénit, quod Vulcaneis mutationibus obnoxij sunt, & cum arte formandi vix perfectè didicerunt, moriuntur, quodque pauci sunt magistri accurati & perfecti, iuvenes autem & discipuli pluri, & in arte parum exercitati subinde succedunt. Et cum singuli peculiarem habeant ideam, proprioque vtantur malleo, non est mirum tantum in hominibus

nibus esse figuræ, animorum, ingeniorum ac studiorū varietatē. Quippe citius quām Luna renouātur. Proinde est incomprehensibilis natura stultorum: & ob id fal lax est ac emērita omnis de hac re Astrologia. Nam qui stultos nequeunt definire, minus sapientes aut euentura ipsis p̄fīnire poterunt. At prius nemo potest, propterera quod ars Vulcania incognita est, eiusq; discipulos & fabros ad p̄sens tempus vsq; nulli comprehēdere intelligentia auguratores potuēre. Qui ergo p̄dixerit verē Astrologus hunc vel illū & hac vel illa fortuna vsurum, qui ad officinam & incudem fabrorum nunquam fedit, nec quæ sit cuique forma infundenda nouit? Sanè qui artis cuiuspiam imperitus est, nihil potest nisi mendacia referre. Hæc summa est illorum, quæ in citato loco s̄p̄ius repetit.

*Astrologia  
falsa est,  
impossibili-  
lis iuxta Pa-  
racelsum.*

ER. Recte quidem conc̄isti, pertinent omnino ad hunc locum omnia, (illis exceptis, quæ de vaticinijs obiter interspersit, quorum te meminiſſe vehementer velim. Erunt enim suo deinde loco repetenda) & quos seu quales putauerit esse Deos illos mortales separatores, quos Auicennæ seſtatores formarum datores nominarunt, apertè fatis demonstrant. Vellem hic obiter te considerare, quam imprudenter quidam Paracelsum Galeno p̄ferant, quia Deum negavit omnipotentem. At nunquam Galenus Deum negat omnipotentem. At nunquam Galenus

*Galenus ne-  
an Parace-  
lus magis  
impius fue-  
rit.*

tem vecors fuit, vt naturam in fabricando homine sic aberrare putarit, quomodo suos fabros hallucinari Paracelsum asſeuerauit. Ille Mosis sententiā anteponit Epicurus, etiam hoc absurdiores tuerit. Ille principium generationis, quod à creatore dicitur, in generalibus seruat, materiæ habilitatem tantum adiicit. Paracelsum fatuis fabris totum hoc opus commendat: qui propter imperitiam ne habilem quidem materialm concinnè didicerint formare. Ille Deum in omnibus fecisse, quod erat optimum, & quo melius effici nō

posset, atque pro eo efficiendo materiam aptam dele-  
gisse, Paracelsus fabris materiam alios suppeditare, quā  
etiam non perfectē cognoscant docuit. Ille Deum ne  
agredi quidem illa scribit, quae natura non potest face  
re, Paracelsus ab effectione Deum excludit, natura nī  
hil tribuit. Vter ergo est in Deum magis blasphemus? Si  
sciuisset Galenus Deum autorem & effectorem esse ma-  
teria&, & potentia, quam voluit, inseruisse, ac hodie quo  
que inscrere, nulla in re peccauisset. Paracelsus hæc ab  
incunabulis didicit, & ex mera petulantia ab eisdem re-  
siliit, atque ad Cacodæmonem à Deo Creatore sciens  
defecit. Suos fabros non modo non omnia posse, sed  
nec omnia scire contendit. Sed redeo ad propositum.  
Habet Paracelsi Phantasia cognitionem cum Platonis  
sentētia minutiores fabricantis Deunculos veluti sub-  
sidiarios & auxiliares Deos ad propositum ipsis à Deo  
exemplar res effingentes. Putauit enim formas mate-  
riales participatione Idearum à substantijs materia ex-  
pertibus immissarum existere. Affinis similiter est ima-  
ginationi impij Arabis Auicennæ formarum Datorem  
somniantis à Deo aliud, nempe Intelligentiam quan-  
dam barbarem, barbarè ab ipso Cholcodeam denomi-  
natam. Hanc putauit conceptione formas fingere &  
creare in se, ac deinde in materiam præparatam infundere.  
Agentia autem corporata hæc aliud nihil præsta-  
re, quam materiae dispositionem. Quod Paracelsus ex-  
emplo tritici seminati & agricolæ palam sibi placere osten-  
dit. Similis est præterea opinioni Astrologorum per si-  
dera res hic creantium, quod alio in loco his verbis cō-  
firmat. Omnis formatio, inquit, sic primum est in astris,  
quomodo in fabri imaginatione est forma ferri: dein-  
de in terra, quatenus astra omnia terra fiunt. Cenuenit  
etiam aliqua ex parte cum recentiorum Peripatetico-  
rum somnio, Intelligentijs orbium Planetarum motri-  
cibus

cibus creandi & miracula edendi potestatem tribuentum. Cum omnibus hisce ut aliquid habet commune, ita à se ipso primùm, deinde etiam ab alijs variè rursus discrepat. Etenim Plato suos creatorēs minorum gentium facit immortales: Paracelsus mortales ponit. Aucte cenna vni Intelligentiæ æternæ potentiam istam donat. Paracelsus innumerabilibus & tantum non singulis diebus morientibus ac nascentibus fabris impertit. Astrologi vim eandem stellarum proprietatibus ascribunt: Paracelsus Dæmonibus quibusdam circa sidera obuersantibus, & formas rerum cudentibus assignat. Peripatetici noui facultatem hanc motoribus orbium cœlestium largiuntur, quas ingenerabiles & immortales statuunt: Paracelsus infinitis numero Diabolis in horas propè orientibus & occidentibus communicat: ita tamen, vt etate, industria, peritia, vsu, inter se plurimum distent, ac alij alios longè superent. Dissentit eadem ratione à Platonicis, qui animas siderum proprietatibus exornant. Evidem non concedunt sidera, quæ putant animalia quædam diuina, interire. Errant omnes, quod Error communis. formas aliquid per se factum, & seorsum subsistens, denique ab alio principio proficiisci, (Animam rationalem semper excipio) quam ex materiæ potentia educi opinantur. Voco materiæ potētiā iussum illum Dei, Potētia materialis in creatione materiæ habilitatem dedit, vt per actionem certi agentis ex potentia iret in actum. Mirarer quod Phantasiam elegit omnium stolidissimam nisi scirem, cum in omnibus hoc spectauisse, vt absurdissima semper sectaretur, eisque foetidam suam salinam allineret, vt magis deformatam nobis proponeret. Videtur sanè Princeps Cacodæmonum magna cum voluptate sua Deum vñà cum creaturis omnibus per sionem istum ridere voluisse. Quid enim non est ausus affirmare homo isto prodigiose impius? Sed vide quā

*Paracels. cō  
tradicio-  
nes.* bellus homo sit ille tuus Tenebrio. In magna sua philosophia hæc scribit Nullum fidus hominem efficit. Solus enim Deus Faber est vicarijs non egens: vt falsa Astronomia & Pseudophilosophia docet. Manifestè hic, vt aliâs semper, profani & impij scipsum mendacij reū Horrende peragit: vt nusquam & nunquam sibi constet. Considerat aliquot Parra deinde horribiles & infandas blasphemias, quas ex racelis blasphemie. spurcissimo tartaroque ore suo euomit sacrilegus homo, si tamen fuit homo. Fingit primùm cum Ario &

- 1 Photino, Verbum, quo Deus creauit vniuersa, aliam à Deo essentiam habere, creatum esse & corruptioni a-
- 2 deoque iudicio Dei obnoxium. Deinde ponit plures tales Deos, per quos summus Deus hunc mundum architectatus fuerit, vt impiè magis de Christo tacite loqueretur, cum apertè non auderet tartareas suas cogitationes expuere. Tertiò negat palam Christum esse creatorem, dum eum facit separatorem: & quidem so-
- 4 cijs ei additis pluribus. Quartò negat Adamum creatum fuisse à Deo perfectum de principio, sed consummatum ipsum asserit in lib. de Vermibus ab esu pomi, hoc est, à Diabolo. Etenim Satanam putat omnem suam sapientiam, adeoque se ipsum spiritualiter in pomum illud transfusisse: eoq; modo in Adamum deinde transisse. In lib. de morbo Comit. hæc habet. Cum Adamus ex Paradyso pelleretur, primum in eo naturæ lumen natum est. Prius enim non habuit notitiam homini necessariam: neque totam semel accepit, sed sensim acquisivit. Quintò contendit hominem non fuisse cum libertate voluntatis creatum, sed cognos à creatoribus illis ad mala & scelera: qua ratione Deum malorum facit autorem. Sextò adimit Christo potestatem iudicandi, quam tota scriptura tam clare ei attribuit. Si ne quintum quidem cap. Iohan. legerat, in symbolo saltem Apostolico, quod à Matre didicerat, contineri contrarium

rium nouerat. Demum facit Christum peccatorem, 7 quiq; nobiscum cogatur expectare sententiam Dei in extremo illo iudicio. Non est hoc Religionem & pietatem funditus euertere? Non hoc est spem salutis omnē omnibus eripere? Non est hoc confidētiam in Christū crucifixum ridere? An non hoc est Christo bellum indi cere, eumq; de Maiestatis ac Diuinitatis suæ folio detra here conari? Quis porrò negare audebit, Paracelsum cunctis Arianis, Mahometanis, Turcis, H̄ereticis pestilētiorem h̄ereticum esse? Ipsum Cacodæmona blasphemias in Deum videtur superare voluisse. Quid ergo de illis sentiendum putabimus, qui inauditas omnibus se-

Parac. Tur  
cūctis Aria  
nis pestilen  
tior h̄ereti  
cus.

culis in Deum & pietatem contumelias laudare, obtrudere, propagare, defendere audent? Repertus est, si tamē non est si etum nomen, qui nullo in verbo hallucinatū scriberet. Publico Imperat. Regum, Principum, Magistratuū omnium edicto caueri sub poena capitis deberet, ne spargerentur horrificæ in Deum blasphemiae. Quis non extremè admiretur, si cogitet homines in hac veritatis luce natos, & artibus omnibus bonis florescentibus inter Christianos educatos, non puduisse blasphemias illas nugas in vulgus spargere? Multò profectò fuerunt Patres nostri nobis pietate meliores ac prudentiores, qui beluam hanc non sunt passi virus istud per Ty- Pographos expuere: quod nunc vulgatum audiissimè à nonnullis combibitur magno plurimorum malo. Sed istis missis, ad rem redeo. Quia ex Sacris literis falsitas execrandæ huius phantasie de Dijs auxiliatoribus in creatione, perspicuè demonstrata est, Aristotelis testimoniio idem cōprobabo, quo videoas ipsis Ethnicis co- ciorem fuisse. ἀρχαὶ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τὸν ὑπάρχοντα εἶναι τὰς οὐκετίας, (inquit Aristot. in lib. de Mundo ad Alexan- drum cap. 6.) ὡς εἰς τὴν τὰς ὑπάρχουσας θεοὺς οὐκέτην εἰσεστηκεν.

Patres no-  
stri cur pie-  
tate nobis  
meliores.

Paracelsum  
Ethnicis εἰ-  
σεστηκεν.  
d

ἐκ τούτη σωτηρίας. Et paulo post. σωτὴρ μελλούσης ἀπάνταν εἴτι καὶ γενέτω τῶν ὄτους δῆποτε κατὰ τόνδε τὸν κόσμον πιντελεμένων οὐ θεός. Addit postmodum hæc quoque. οὐδὲν γάρ επιτεχνήσεως αὐτῷ δέ καὶ τηρητήριας τῆς πάρετερων, ὥσπερ τοῖς πάρημον ἀρχαῖς τῆς πολυχειρίας διὰ τὴν αἰθέρειαν. Vides quanto augu-

*Liber de  
Mundo an  
fit legitimus  
Aristotelis.* stius, grauius, sanctius, diuinius loquatur de Deo & creatione Aristoteles Gentilis tuo illo Paracelso. FVR.

Erras. Non enim est Aristotelis legitimus partus, sed suppositius, ut omnes ferè Peripatetici censuerunt. ER. Non labore hac in re, dum author scribit hanc famam esse antiquam, vernacula, seu propriam & congenitam omnibus hominibus. Quisquis ergo author putetur, hoc scripsit, quod maxima pars hominum omnibus seculis ac locis credit ac tenuit. Et cum ex scripto sic constet, ut negari non possit, virum clarissimum eruditissimumq; Philosophum authorem esse, eundemq; Ethni cum fuisse, & ex Ethnicorum sententia loqui, pudere nos merito Paracelsicæ impietatis & blasphemie debet. Quid verò, si Aristotelis genuinum opus esse summi viri testati sint? Certè præterquam quod liber ipse maiestatem, dignitatem, & eruditionem sapit Aristotelem,

*Justinus* doctissimi quiq; Aristotelem agnouerunt authorem.

*Martyr.* Ex veteribus Justinus Martyr ex eo, tanquam ex legitimo opere testimonia citat contra Gentiles: ex quo satis liquet tunc pro Aristotelis foetu habitum fuisse. Non fecisset enim authorem Aristotelem contra Ethnicos disputans, si de authore dubitauisse eos compertum habuisset. Themistius quoq; pro genuino agnouisse videtur in Physicis. Apuleius integrum penè latinum fecit

*Bessarion*

*Card.*

*Ioh. Picus* ad Faustianum scribens. Ex recentioribus tum alij, tum

*Mirandula* Bessarion Cardinalis Græcus, tum Ioannes Picus Mirandula. Ieo operachabuerunt. Sed, ut ante dixi, parum refert, si

ue

ue Aristotelem siue alium faciamus authorem, dum ve  
tustissimum & Gentilem, deniq; præstantissimæ doctri  
næ virum constat fuisse. Scholastici nullam eius mētio-  
nem faciunt, forte quia commentum eorum de Intelli-  
gentijs non approbat. Evidē soli Deo potentiam o-  
mnem creandi creataq; conseruandi apertis ac sæpius  
repetitis sententijs attribuit. FVR. Anteueristi cogi-  
tationes meas. Quippe interrogaturus fueram cur no-  
uos Peripateticos dixisses Intelligentijs facultates adiu-  
dicauisse, de quibus sermo nobis est. Nunc intelligo eos  
id sine Aristotelis autoritate fecisse, & magis Platonē  
quam Aristotelem in hac parte secutos videri. Atta- vtrum Ari-  
stoteles cre-  
dit potest  
etiam tri-  
buat Intelli-  
gentijs.  
men responderi mihi velim, cur in sua Philosophia A-  
ristoteles de Deo aliter sit locutus: & an in hac Intelli-  
gentijs creandi potestatem neget. ERA. In libris, statem tri-  
buat Intelli-  
gentijs.  
quos genuinos esse nullus hodie ambigit, nulla pro-  
fus fit mentio potetiæ huius, sed munus orbes suos mo-  
uendi solum conceditur Intelligentijs: quæ, cum infe-  
riora hæc tangere aliter nequeant, quam lumine & ca-  
lore, nihil etiam hic efficere possunt, nisi quantum  
per lumen & calorem perfici potest. Variant qui-  
dem hæc pro motus orbium emisionisq; radiorum va-  
rietate, sed communis tamen generalesq; causæ perpe-  
tuò manent: nec materiæ habilitatem naturamq; mu-  
tant, sed ita eam mouent, quomodo in re qualibet mu-  
tari apta est. Quare nihil aliud possunt Intelligentiæ, quā Intelligentiæ  
motu et lu-  
mine solis  
agunt.  
per orbium suorum motus diuersos lumine caloreq;  
diuersæ sublunaria afficere, naturamq; cuiuslibet rei sic  
tempore quolibet mouere, ut moueri habilis est. Exem-  
plis hanc rem & facultatem elegantissimis declarat A-  
ristoteles eodē in loco duobus, vase aut sinu ex quo di-  
uersi generis animalia simul effundantur: & tubæ can-  
tu in militia, quo milites singuli, quanquam cantus aut  
sonus ille unus ac simplex est, excitātur ad id faciēdum,

ad quod sunt destinati: de qua re suo deinde loco plura fortasse dicemus. Nunc sufficit demonstrasse breuiter, eum facultatem creandi aut miracula edendi Intelligentijs nullo in loco concessisse. Quod porrò in alijs li-

*Car Aristotle* bris non æquè magnificè de Deo locutus videtur, in teles in phi causa est, quod nihil affirmare in illis debuit, quod ex *lo sophia* positis principijs demonstrari non posset. Quam ob rē sua de Deo in libro de Mundo altius subuolauit, & non ex principijs illis, sed ex insita omnium animis notione differuit.

*rit.* Non dicit demonstrari posse, sed vetustam esse hanc opinionē omnibus ingenitā, Deum scilicet omnia creuisse, & nunc eadem gubernare ac cōseruare. Et ne quis

*Deus uirtu te sua omni bus pre sens adest.* eum instar magni Regis Persarum mundum per ministros regere perperam suspicaretur, addidit eum virtute sua præsentem rebus cunctis adesse, nec defatigari, nec auxilio & opera cuiusquam ad eam rem indigere. Sancte

*Loquendi cōsuetudo.* mos iste loquendi apud nos admodum est vulgaris. In omni namq; sermone fermè dicere solemus, si natura liter loquamur, si pro consuetudine hominum, vel humano more æstimemus, si philosophicè rem expendamus, si ex Aristotelis sententia disputemus, &c. Quo locutionis genere ostendere volumus, aliter nos loqui cū sacras literas imitamur, & aliter rursus cum hominum opinione atq; consuetudines siue ingenij nostri mo-

*Error Para celis qualis.* res sequimur. Sed ut tandem concludamus totam hāc disputationem, nihil aliud fecit Paracelsus, quam quod errorem renouat Simonis Magi pestilentissimi hæretici, mundum à Deo creatum negātis. Quanquam si proprius consideres Menandrum potius secutum iudicabis illius discipulum, Saturninum, Basilidem, Carpocratē, Cerinthum, nefarios hæreticos: qui omnes ab Angelis mundum creatum affirmarunt. Nec à Marcionis dogmate, tria principia ponentis abhorret. Nam ut hic primum Deum incognitum, deinde visibilē mundi condito-

ditorem, demum Diabolum ponit, ita ferè Paracelsus quoq; sensisse videtur. Sed nec à Cerdonis & Manis furore procul abest. Deum dicentis δύα μονάς, quam vitè matrem nominat, emisisse, à qua facta sint omnia. Omnes deniq; tum hæreticos tum Gentiles philosophos in eo In quo Pa.  
vincit, quod suos illos fabros innumerabiles & breuissimæ vitæ Deunculos architectatur, quodq; ad scelerā & flagitia fingi & cogi homines à talibus fabris sceleratè mentitur: in quo mendacio proximè accessit ad insaniam Valentini Aegyptij impurissimi hæretici. Horum amētia cum ab omnibus pijs meritò semper damnata fuerit, Paracelsi furor meritissimò execrandus erit. Sanè dignus est liber, in quem talia monstra coniecit Athenienses Mahomethanis. FVR. Repertus tamen est, qui probatum eis fuisse authorē, & pro expugnatore omnium errorum optimoq; ad veram Medicinam duce habitum laudatumq; scribat. Quin etiam adfirmare audet idem ille, in nullo verbo errorem inesse aut maculam. E.R. Si per Athenienses intelligit barbaros illos Turcas, qui nunc Athenis degunt ac regnant, vel se & sui similes, credi possit non minus execrabilis esse. Quomodo, quæso te, legerunt Athenienses Paracelsi scripta germanico Idiomate tam barbarè tamq; inconditè exarata, ut ne Germani quidem absq; labore intelligent? Se pius diminare cogitator, quid sibi voluerit homo Paracelsus in omnibus sermone, cogitatione, vita, moribus, actiōnibus monstruosus. Sed vertit fortasse in linguam Græc. monstro- cā ille præclari authoris præclara opera, scilicet. Apage sus. cum Lucianis & Sannionibus istis. FVR. Impia nunquam probauit, sed ex stercore, quod dici solet, aurum colligere studui. Cæterū etsi de creatione satis, imò fortasse nimis multa dixisse videri possumus, quia tamē ex collatione hac quædam haud paulò nunc quam antea rectius percepisse mihi videor, & unus adhuc super-

est scrupulus, qui me non nihil torquet, hunc rogo mihi eximas, priusquam ad alia transeas. Dixisti creationem vocari, cum res ex nihilo sive ex nullo præexistente producuntur, vel nulla præeunte alteratione, contra natu-  
ram habilitatemq; subiectæ materiae repente efficiuntur. Ergo vero putauit miraculosam esse effectiōnē, non creationem, quando ex aliqua re præter & contra natu-  
ræ ordinem & potestatem aliquid fieret, vt si lapis subi-  
tò vel in hominē vel in panē, vel in aliud tale quoppiā transmutaretur. Ex illis autem quæ tu attulisti in me-  
diū, si firma sint ac vera, nullum inter miracula & crea-  
tionem quandam discrimē esse consequetur, si non fal-  
lor. Etenim in plerisq; miraculis duas postremā condi-  
tiones non minus concurrunt, quā in creatione ex sub-  
iecto aliquid producente. ER. Tempestiuè moues  
hanc quæstionem: quoniam eadem opera videbimus,  
quantum à vera pietate hac quoq; in parte discesserit  
Paracelsus. Lapidis subitam mutationem in panem aut  
hominem creationem quandam esse, extra controuer-  
siā pono. An non creauisset panem Christus, si ex lapi-  
dibus panem verbo fecisset, quando ad hoc faciendum  
hortabatur. Matth. 4. Diabolus, Si filius Dei es, inquit,  
dic vt isti lapides panes fiant, quasi diceret. Si filius Dei  
es, tam potes creare, quam Deus ipse potuit. Patet ex  
his Tentatoris verbis ex lapide subitò panem facere nō  
esse virtutis creatæ opus, sed creatoris. Si namq; ab alia  
quam creatoris potestate permutari in panem lapides  
posse sciuisset, frustra hoc medio cognoscere stu-  
duisset, num verus filius Dei esset Christus. An igitur  
Deus, cum ex elementis plantas & animalia verbo effe-  
cit, non etiam creavit? Certè Adamum, cuius corpus  
ex limo terræ formauit, creauisse Scriptura dicit. Nec  
Eua creata fuit, si creatio quælibet ex nullo sit præxi-  
stente. Etenim ex Adami costa effinxit eam Dominus,

vnde

Miraculosa  
effectio  
quæ dicatur.

Creatio  
quædam.

Vnde mox ait Adamus, eam os de ossibus, & carnem de carne sua esse. FVR. De hac re cum nihil ambigam, quærebam an omnia miracula creationes nuncupandæ forent. ER. Miraculum aliquando vocamus rem quamlibet incognitam nobis & inusitatam, præcipuā in se admirabilitatem habentem. Hoc modo miracula sunt ab arte, à Natura, à Magis: de quibus hīc non agimus. Appellamus præterea magis propriè miraculum rem aliquam præter & supra naturæ ordinem potestatemq; factam. (Per Naturam inteligo non solum potētiam, qua res moueri aptæ sunt, quo significato Aristoteles in 2. Physicorum Naturam definiuit, verum etiam quid potestatem agendi rebus à Deo in prima creatione inditam.) Quæ hoc pacto sunt miracula, solum Deum habent authorem: de quibus solis interrogationem tuam accipio. Sunt porrò hæc quoq; non vnius modi ac genetris omnia. Etenim aliquando res ipsa talis est, vt à creatura. Potētia nulla potuerit effici. Interdum non res ipsa, sed generationis seu effecti modus creaturarum efficiētiam atq; vires excedit. Evidem in creatione impertivit Deus cunctis rebus quantam voluit potentiam agendi pariter & patiendi. Quod vnum in causa est, quod non quælibet res quamlibet obuiam mutare, nec quælibet ab agente quo quis immutari potest, sed determinata à determinata solum patitur, idq; definito tempore ac modo. Soli omnipotenti Dei verbo & virtuti, qua ex nihilo cuncta fecit, omnia sic obediunt, vt quicquid vult, hoc necesse sit mox existere. Prioris generis miracula sunt, vniuersale diluvium, conuersio vxoris Loti in statuam Salis, diuisio maris rubei, vt aquæ vtrinq; instar muri ad perpendiculum erecti starent, mannaæ casus in deserto singulis diebus præterquam Sabbatho, aqua ex Petra percussu virgæ enocata, trium puerorum in fornace candente conseruatio, Solis cursus inhibitio, mor

Miraculum  
plura signi  
ficat.

Miraculum  
propriè uo  
catū quid.  
Natura  
quid.

Miracula  
uera sunt  
duplicia.

tuorum excitatio, cœcorum illuminatio, panum & pisciū multiplicatio, vt tot millibus sufficerent pascendi, tot insuper restatibus reliquijs, & huius generis alia plurima. Alterius generis sunt, improuisa pluua sereno cœlo incidens 1. Reg. 18. Conseruatio vestium in Israeltis, vt totis quadraginta annis vsu perpetuo non attererentur, curatio febris subita, depulsio morborum aliorum repentina absq; pharmacis, qui tamen sensim naturalibus remedij suis sanabiles. Nam si insanabiles ponantur, ad primum ordinem pertinent. Sciendum interim est non sic distingui hos ordines & veluti gradus miraculorum, vt non sèpè alter in altero inueniatur. Crebrò namq; quod per rem creatam fieri nullam potuit, etiam per modum insolitum productum fuit. His declaratis, non est difficilis porrò ad interrogationē responsio. Etsi enim in miraculis nulla est creatio primi modi, iuxta quem ex nihilo omnia fiunt, tamē in primo ordine perspicitur aliqua semper creatio: quatenus videlicet aliquid ex subiecto vel in subiecto sine antecedente alteratione subito fit, ad quod ex natura sua habile non erat. Tamē enim inepta est Petra, vt baculo percussa ex se fundat aquam, quam non erat idonea terra creato, vt propter creatæ potestatis iussum seu mandatum plantas, & animalia, ex se produceret, quomodo iubente Deo protulit. Quid, quæso, discriminis fuit inter creationem, qua Deus ex Adami costa vna formauit totum integrumq; corpus Euæ, & multiplicationem farinæ & olei. 1. Reg. 17. deniq; substantiæ panum, qua Christus Matth. 14. circiter quinques mille viros præter foeminas saturauit, & quidem ita saturauit, vt fragmētorum duodecim eophini insuper collecti fuerint? Certè in pane hoc tam non fuit potentia naturalis huius incremēti, quam non fuit in Adami costa potentia, ex qua creatæ virtus Euæ corpus fingere potuisset. Nec aliter res ha-

*In miraculis est creatio impro priè dicta.*

bet

bet in ceteris, tametsi non semper fortasse nos intelligamus æquè facile. Non magis aptum est cadauer ad, recipiendam vitam à potestate naturali, quam corpus Adam ex limo terræ figuratum vita donari idoneum esset à creata virtute. In altero genere non perinde manifesta est creationis ratio: licet in his quoq; Diuinæ potentia virtus luculentè resplendeat. Siue ergo in his creationē esse demus, siue alio nomine hāc Dei operationē exprimamus, constabit hoc semper. Diuinæ virtutis esse opera, creatæ nullius. Causa exposita fuit, quia videlicet creatæ potentia materiæ non possunt mouere, nisi quo modo moueri apta nata est, nempe per alterationem & successionem, subito nequaquā. Quippe causal limitata & finita non potest quiduis, sed necessario terminatum & finitum effectum solum producit. Quo fit, vt moueremateriam non possit pro libito, sed pro eius habilitate: quemadmodum hāc etiam actionem agētis recipit, non pro natura agentis, sed pro insita sua habilitate.

FVR. Verisimilia quidē sunt, quæ dicis: duo tamen me ab assensu pleno reuocant. Vnum est, quod scriptura dicit, Deum creationis opus sex diebus totum absoluisse, & proinde nihil postea creauisse. Alterum, quod scriptura & Theologi admirabilium effectiōne miracula nominant, creationem autem non vocat. E R. Deus creationem aspectabilis huius mundi cum omni ornatu & perfectione sua sex diebus consummavit: nec opus habuit aliquid deinde adiūcere ac si mancum & mutilum fuisse opus. Creat nihilominus quotidie, vt Iohan. 5. die adhuc Christus affirmat. Pater meus, inquit, hodie etiam operatur, simulq; ego operor. An non conuerzionem & veluti recreationem nostri operatur Deus in suis sine intermissione? Evidem fidem charitatem, ac spiritus sancti dona semper adhuc in electis creat. Taceo iam quod animas humanas creare nunquam desijt. Non pugnat

Vires crea-  
te non mu-  
tati materiæ  
absg, motu  
& altera-  
tione.

igitur hæc. Nam aspectabilem corporeumq; mundum perfecit initio totum: Regnum autem spirituale tunc erit perfectum, cum ad iudicium Dei filius descendet.

**Miracula F V R.** Quasi verò miracula non sint res sensibiles & sæc<sup>o</sup> pertinet p<sup>e</sup> corporeæ. E R. Non nego, sed ad mundi perfectionē ad mundi perfectionē veluti partes nego pertinere. Sunt enim extraordinariæ quædam res, quæ tempore aliquo seruūt tantum Deo: post quod non fiunt aut propagantur instar rerum ab initio conditarum. At hoc non impedit, quin creatas à

Deo res tales & putemus & dicamus. Minus fatigare debet, quod miracula nuncupātur, non creaturæ nouæ.

**Ratione dif-** Multæ namq; res ratione differentes, tametsi re ipsa idem  
**ferentia, no-** fint, diuerſas appellationes sortitæ sunt. Ut in proposi-  
**mīna habet;** to maneamus nostro, an non creatio rerum & earundem  
**diuera, et si** conseruatio re sunt idem, & ab eadem Dei omnipoten-  
**subiectio ea** dem sint. te virtute pendent? Sic sanè habet. Ni hil est enim aliud.

**Creatio &** conseruatio, quæ creationis veluti perpetuatio seu con-  
**conseruatio** tinuatio: quod scitè elegat<sup>r</sup> D. Augustinus exemplo.  
re sunt idem. illuminationis declarauit. Ut enim aer illuminatur à So-  
**Conserua** le, & eadem vi Solis illuminatus permanet, sic mundus  
tio est crea- eadem illa potestate Dei, qua ex nihilo repente extitit,  
tionis per- ne in nihilum relabatur, conseruatur. Proinde rectè di-  
petuatio- stum est à Scholasticis non aliter Esse verum à Deo con-  
quædam. seruati, quam semper Esse dando: cum, si actionem hæc  
creatis reb. subtraheret, in momēto nihil essent. Quod

**Discrimen** igitur inter res creatas alias & miraculosas est discrimen?  
**inter res** In re & in effectione nullum est, sed in nobis. Primum  
**creatæ &** enim quia ordini naturæ assueuimus, quod præter hūc  
**miraculo-**

- fas.** fit, miraculum appellamus: quæ initio facta sunt, admirari non potuimus, vt qui neq; suissemus neq; diuersi aliquid vidissimus. Etenim miracula præter & supra ordinem rerum fiunt. Deinde creaturæ aliæ propagatione conseruantur, & ex quibusdam seminarijs s<sup>æ</sup>pius redeunt, miraculosæ res hoc pacto non redeunt. Postre-  
mō

modo creavit Deus vniuersitatem rerum solus, miracula  
 sápè facit per creaturas vel in creaturis. F V R. Quo-  
 modo igitur, si creare solius est Dei, miraculorum effe-  
 tiones creationes quædam vocitari poterunt? Evidē  
 qui instrumento aliquid efficit, per diathesin seu formā Effectio in  
strumento-  
 & dispositionem instrumenti efficit. Qui panem secat, rum, que.  
 per cultri aciem secat. Sic ex argento poculum faciens,  
 absq; malleo vel nō efficiet, vel nō cōmodè, quod vult,  
 cōsequetur. Quę ergo p creaturas instrumēta sua Deus  
 operatur miracula, nō à solo Deo efficiūtur, sed à Deo p  
 dispositionē, quę in instrumentis illis inest, cōficiuntur.  
 Etsi enim principalis causa Deus est, tamen veluti con-  
 causa quædam est creatura: qua ratione euidens est, ma-  
 ximum esse inter opera miraculosa & creationē discri-  
 men. E R. Verè dicis, quę per instrumenti dispositio-  
 nē fiunt, à primario agente solo non perfici, sed aliquid  
 etiam efficiunt conferre instrumēti qualitatem. Sed hoc  
 modo nequaquam creat Deus miracula per homines, Quomodo  
Deus per  
homines mi  
 aut creates substantias alias. Non indiget enim opera &  
 ministerio cuiusquam, sed alia omnia egent ipso. Facit racula edat  
 igitur miracula solus, vt apud Prophetam & Regem Da-  
 uidem legimus Psal. 136. sed per homines, aut potius in  
 hominibus facit: non quia ipsorum actio aliquid confe-  
 rat ad rei productionem, sed vt authoritatem & fidem Finis mira-  
 cis cōciliat, alijsq; demonstrat se ipsis adesse, charos ha- colorum.  
 bere, atq; ad hoc munus, quod gerunt, elegisse. Sic Exo-  
 dii 4. Moysi dicit, vt credant tibi, verè apparuisse tibi Ie-  
 houam. Argumento eodem vtitur Christus ad proban-  
 dum se verum Dei filium esse, eiusdem cum omnipotē-  
 te patre suo potestatis Matth. II Iohan. 5. 10. & 15. Propter  
 hanc causam ferè appellantur signa in Sacris literis,  
 quod significant ac testentur Deum in illis præsentem  
 adesse, atq; illa agere. Credentes, inquit Christus Marci  
 Ultiano, hæc signa consequētur, &c. Nihil ergo conferūt

ad effectionē miraculorum, quæ solius Dei opera sunt homines, per quos, vel in quibus Deo placuit suam declarare potentiam & bonitatem. Et quod ad hōrum operum perfectionem non sic conferant aliquid homines, quomodo ad opertum vel Naturæ vel Artis effectionē conferūt instrumenta, sine quibus effectus à causa principali vel nullo modo, vel minus apte confici potest, vel vnum hoc aperte probauerit, quod saepe Deus efficax fuit in vestibus, verbis, adeoq; vmbra suorum. Quis autem credat vmbra aut cadauer sepultum coagere Deo potuisse in miraculorū productione, quomodo instrumenta artifici coagunt in operis effectione? FVR. Si vera sunt, quæ huc vsq; disputata nobis sunt, solus Deus verè miracula facit, & neq; Magi neq; Dæmones miraculorum censendi sunt authores & effectores. ER Sic est, cum de veris miraculis sermo est. Nam Magi aut Dæmones mirabilia interdum agunt: quæ porro pro miraculis nos ideo habemus, quia causas factorum ignoramus. At constat ex prædictis, fieri nullo modo posse, ut in materiam ab agente creato forma aliqua inducatur, quam non prius in se habuerit potentia, hoc est, ad quam non acceperit à Deo habilitatem. Quinimò ne hāc quidem potentiam in materia existentem aliter in actum producere potest, quam per naturalem motum ac mutationem, tametsi pro agentis viribus & materia maiore aut minore habilitate tardius ac citius hoc eueniat.

Quam rem ut in Scholis explicarent diligentius & plenius, duplīcem in materia potentiam posuerunt. Vnam vocarunt naturalem, quæ nihil est aliud, quam ordinatio diuina, (Rationem seminalem appellat D. Augustinus) qua voluit ex materia certo modo mixta, ab agente determinato per motum in tempore factum, definitum effectum produci. Alteram nominarunt obedientialem sive obedientiæ, qua Dei voluntati absq; illa determini-

Dæmones  
et Magi nō  
adūnt mira-  
cula vera.

Potentia o-  
bedientiæ &

Naturæ.

Ratio semi-  
nalis.

terminatione absolute obedit. Vtraq; in omnibus pro-  
pemodum rebus cernitur. Etenim ex ouis foecundis in-  
cubatu gallina excludit pullos, quia naturali potentia  
prædicta sunt, vt ex eis pulli à calore temperato, si longo  
fatis tempore foveatur, generari possint. Idem calor ex  
ouis infoecundis aut ex lapillis, pullastros excludit nul-  
los, sed illa putrefacit. hos nulla ex parte permutat, quia  
potentia naturali carent, vt ab agente creato permuten-  
tur hoc modo. Sic terra feminatum argentum vel aurū  
non vertet calore suo cœlitus accepto in plantas, quod  
potentia, quæ plantarum seminibus indita est à Deo, de-  
stituantur. At hæc omnia Deo multò magis parent,  
quam semina conuenienti calori obtemerent. Quocir-  
ca negant Philosophi, & quidem rectè negant, vt ex Ari Nec aurum  
stotele supra ostendi. aurum potentia triticum, aut lapi-  
dem potentia panem esse, cum natura eis potentias ta-  
les negauerit. Ergo cum omnis potentia naturalis refe-  
ratur ad agens quoddam naturale definitum, quod cer-  
to tempore per motum congruentem potentiam per-  
mutet in actum, obedientiæ autē potentia soli Deo obe-  
diat, incassum laborabunt vires creatæ, vt in materiam  
introducant formam, cuius seminarium siue naturalē  
potentiam siue quādam veluti inchoationem in se nō  
habet in creatione insitam. Hoc veteres & qui eos dein  
de secuti sunt Theologi voluerunt, quando constanter  
summo consensu assueverarunt, neq; bonos neq; maiores  
angelos materiam posse aliter mutare, quam quomo-  
do mutari apta nata est, idq; agentia patientibus aptè  
coniungendo. Summa est, creature amplius non pos- Quid ex re  
sunt ex re qualibet facere quam ex ea creator voluit sic qualibet  
ri. Hoc autem voluit, cuius potentiam largitus est natu- create ui-  
ralem. Quocirca non secundum potentiam obediëtiæ res possint  
vel remoram, sed secundum naturalem vel propinquā  
tantummodo mutare materiani hanc possunt creatæ  
efficere.

virtutes. Nec alio etiam modo possunt mutare, quā mātari apta nata est. Voluit autem Deus, vt per motum & alterationē, quæ in tempore fit aliquo, mutaretur. Proinde sine hoc mutare eam subito non possunt. Attamen vincere Angelos causas alias naturales, quatenus citius & efficacius agunt, & breuiore tempore, quæ dissita erant, semina coniungere possunt, non nego. Quod per motum localem effici potest, ab ipsis celerius perfici posse credimus, si à Deo non prohibeantur. At repente eos virtute propriam materiā mutare, vt nulla præcedat alteratio & motio per successionem facta, incuncrātes nego, & falsissimum esse scio. FVR. Constat ex 7. cap. Exodi, Magos virgas suas in serpentes vertisse, ac ranas fecisse: quod cum sententia tua manifestè pugnat. E R. Scriptura səpè sic loquitur, vt homines loqui & iudicare solent. Dicit eadem à Pythoniſla excitatum Samuelē,

*Nullus Ma-*  
*gus aut Dæ-*  
*tientem, nihil prodijsse. Nullus enim Magus aut Caco-*  
*mon mor-*  
*tuum uerè*  
*excitauit.*  
*Spectrum*  
*Germani-*  
*cum.*

dæmon vñquam mortuum verè excitauit, licet spectra frequenter euocarint. De tali spectro legi apud Iohan. Franciscum Picum hæc verba. Sed enim hoc ipso anno (nempe 1503.) in Germania, vt mihi Augustæ urbis Præpositus Matthæus Langus à Secretis Cæsar is & consiliorum omnium particeps retulit, Femina quæpiā mul tot menses defuncta, aereo corpore sumpto, apparuit: multa interrogata respondit, & mille ferè testibus diuersis temporibus locuta est: & se cum Episcopo quopiam Cæsar is mandato rei ordinem gesta & testimoniū responfa notauiſle mihi narravit. Quin & ipse Cæsar eadem mihi asseuerantissimē confirmauit. Hæc Picus. Fuit porrò Langus iste Augustanus censu Patricius, factus deinde Archiepiscopus Salisburg. Femina, de qua loquitur, fuit Abbatissa Etelstetti, quod ab Augusta abest mil liaribus quinq;. Nomen Margareta à Roth. quæ in lo-

In locis est magnis natalibus familia, ut mihi retulit D. Guilielmus Xylander summa vir eruditione & pietate ornatissimus. Tales etiam fuerunt Lamię antiquorum, & Spectra omnia mortuorum animas mentientia. Taliis vmbra Sauli apparuit, quæ vt à scriptura vocatur Samuel, quia Saul & Pythonissa opinabantur Samuclē effecita serpentes & ranæ dicuntur à Magis factæ, cum simulachra quædam harum rerum fingerent Demones, & astantium oculos perstringerent, ut veras ranas putarent. Signum huius est, quod serpens Mosis serpentes, Magorum deuorasse scribitur. Quod si omnino velis ut ros fuisse serpentes, à Deo factos sentiendum est. Nec absurdè hoc dicimus, cum similia alibi quoq; legamus. Quis potest in Sacris literis versatus negare, quin præuicio futurarum rerum contingentium sic Dei sit propria, ut creaturæ nulli competat? At hanc exercuit in improbis aliquando Deus, quod vel sola Bileami & Caiphæ testentur historiæ. Ad miracula quod attinet, minus dubia res est. Nam & Iuda in signa edidisse, ut ceteros Apostolos, cōstat: & improbos alios complures per nomen & virtutem Christi miracula fecisse legimus. Matth. 6. cap. Huc pertinent, quæ Matth. 24. Marci 13. & in 2. ad Thessal. 2. cap. scripta sunt. Signum aliquod est, idem in Magis illis factum fuisse, quod, tametsi serpentes & ranas fecissent, reliqua miracula, quæ certè factum minimè videntur difficiliora fuisse, imitari non potuerūt. Qui autem modò potest aliquid tale præstare, mox non potest amplius, non agit proprijs viribus, sed alienis. Quamobrem necesse est, ut fateamur assistētem eis. Potestatem Diuinam serpentes creauisse, qua subtracta nihil amplius potuerint. Verum vtrum dicas, mea hoc loco non interest, modò illud firmè teneas, quod absq; scelere & iniuria in Deum grauissima negari à nullo potest, solum Deum creare ac mutare materiam præter &

Magi nō se  
cerunt ser-  
pentes he-  
ros.

supra naturam suam posse. Evidem si nutui & voluntati Angelorum vel bonorum vel malorum obediret materia, non potuisset signis editis probare Deus se verum esse Iehouam. Quicquid enim fecit, hoc etiam Daemones facere potuissent. At non possunt materiam mutare aliter, quam secundam inditam ipsis potentiam, quam naturalem vocamus. Quare si quod miraculum verum edere visi fuerunt, à Deo perfectum fuisse censiri debet: qui etiā improbis futura præmonstrat aliquando, & in ipsis potentiam suam, quomodo ei visum est, declarat. FVR. Audire velim, vtra tibi sententia magis probetur. D. Augustinus in libro de Trinitate veros fuisse serpentes arbitratur, hac ratione motus, quod in alijs signis deinde defecerint. ER. Magos miracula edere non potuisse, meridiana luce clarius demonstratum est. Vtrum autem in illis Deus mirabilia illa facere voluerit, dubitari non immergit potest. Certè causam probabilem nullam reperio. Etsi enim non nescio, Deum aliquando per falsos Prophetas tentare suos, ut quam constantes sint appareat, sicut expressis verbis 13. Deut. legimus, atq; ideo permittere, vt futura prædicant aliqua, vel etiam miracula faciant, tamen cum apud Aegyptios veri Dci ignaros tantundem possent Satanæ iudicia, quantum vera miracula, non video cur vera debuerit in Magis miracula edere. Proinde in alteram sententiam inclinat magis animus. Et præter ante dicta modocentes nō uet me primum quidem, quod Theologis quibusdam fuisse Mago Veteribus & plerisq; Recentioribus idem placuisse virum serpente deo. Magi signa videbantur potius facere, scribit Cletus, quod ui mens, quam facerent. In eandē sententiam scripsit Terdebantur. tullianus de Anima, ludificationē fuisse oculorū. Deinde quod eadem perppersos fuisse Magos legimus, quæ alijs Aegyptij senserunt. Nam & ylcerā experti sunt, & ab alijs plagiis afflicti fuerunt. Videtur autem facilius esse,

Rationes  
docentes nō uet me primum quidem, quod Theologis quibusdam fuisse Mago Veteribus & plerisq; Recentioribus idem placuisse virum serpente deo. Magi signa videbantur potius facere, scribit Cletus, quod ui mens, quam facerent. In eandē sententiam scripsit Terdebantur. tullianus de Anima, ludificationē fuisse oculorū. Deinde quod eadem perppersos fuisse Magos legimus, quæ alijs Aegyptij senserunt. Nam & ylcerā experti sunt, & ab alijs plagiis afflicti fuerunt. Videtur autem facilius esse,  
vt se

vt se ab iniuria rei factæ aliquis defendat, quam vt contra & supra naturæ vires eadem efficiat. Tertiò, si veras ranas potuissent euocare ex aquis, easdem etiam pelle-re valuissent. Quippe constat Magos minore negocio vmbras depellere, quam euocare. Moses certè non minus facile auxilio Dei, cuius ope induxerat, easdem expulit. Quartò, Mosis draconem legimus Magorum dracones deuorasse, id est, veros serpentes non esse declarauisse. Sic ranas à Deo effectas in aceruum collectas com-putruisse scimus, de Magorum ranis nihil tale factum audimus. Sed & aquam à Mose in sanguinē versam gra-ueolentem, & potui ineptam fuisse redditam, vt etiam pisces in ea morerentur, cernimus, de illa, quam Magi vertisse scribuntur, nihil tale narrat scriptura. Postremò confirmat nostram sententiam apertè author libri Sapientiæ, cap. 17. sic scribens. Aderant autem Magicæ artis ludibria, & contumeliosa exprobratio eius arrogantiæ, qua ob prudentiam vni fuerant. Et cap. 18. Atq; 1-  
ta, qui propter præstigias nihil crediderant, &c. Clare Dominat hic author præstigias & ludibria artis Magi-  
cæ: quod rectè non faceret, siquidem vera fuissent, quæ Vera videbantur Aegyptijs. Idem hoc apertissimè affir-  
mat Joseph. libro Antiquit. 2. cap. 5. Magorum dracones non veros extitisse dracones, sed Aegyptijs visos tantū fuisse scribēs. Omnibus his additiam potest, quod Theo-  
logi omnes constanter asserunt, Dæmones illa tantum, permittente Deo, facere posse, quæ per motum localē,  
aptaq; agentium & patiētium applicatione perfici pos-  
sunt. Hac de causa Simonis Magi atq; aliorum Incanta-  
torum miracula, sicut testantur Veteres, fermè in præ-  
stigij, & statuarum ambulatioe, locutione, risu, alijsq;  
similibus rebus constiterunt: quas vel per motum loca-  
lem efficiebat Dæmon, vel per se perficiebat, vel oculos  
ac sensus decipiens facere simulabat. Etenim vera non

esse miracula, quæ Satan facit, quamuis vera esse incerti opinentur ex 2. Thessal. 2. perspicitur, ubi Apostolus prodigia & signa per eum edita palam vocat mendacia. Quanquam vero scio non paucorum dierum spacio facta fuisse Mosis illa vera, & Magorum facta miracula, non tamen ausim affirmare veras ranas aut serpentes ex horum animalium ovis aut seminibus à Diabolo exclusos. Non enim videntur ita breui tempore iniustum potuisse magnitudinem exercere. Quam ob rem præstigias & ludibria fuisse arbitror. Neq; magis probat Augustini sententiam, quam nostram, quod pediculos & cætera miracula imitari non potuerūt. Etenim præstigias oculis obijcere possunt quidē Dæmones, at quantis per Deo placet. Postquam ergo ne umbras quidem earum rerum, quas Moses efficiebat, producere se amplius posse viderent, confiteri sunt coacti longè se à Mose vinci. Nunc Paracelsica consideremus, quam veritati sint congruentia. FVR. Memini me in lib. de Imaginat. legere, Dæmones per se rem nullam mutare aliter posse, quam ut apta sit mutari, & proinde ne pilum quidem album aut nigrum reddendi facultatem possidere. Idē fermè affirmat in lib. de occulta Philosophia, Dæmones nec febrem nec dentium dolorem curare, immo ne quidem ollam frangere, si quam maximè ab omnibus suis adiunetur socijs, posse. Alibi quoq; afferit, Dæmones absq; diuina potestate Apostolis tradita non pelli. Quæ certè docent, eum miracula Deo tribuere, Dæmonibus non concedere. ER. Velle in hac eum sententia perstitisse. Verum hic sibi constat, ut aliâs semper. Ad cuius rei demonstrationem adferre non volo, quod Imaginationi adscribit vim & facultatem illa omnia re ipsa perficiendi, quæ imaginatione concipi possunt. De hoc enim suo deinde loco, cum de Imaginationis viribus disceptabimus, sermonem habebimus. II  
lud

sed dicam solum, quod in lib. de causis mōrb. inuisibili-  
 lium scribit, Diabolus in lapsu fidem non fuisse ademtā,  
 ac proinde potestatem habere montes transferendi, a-  
 liaq; similia faciendi. Possunt, inquit, sanare & affligere, <sup>Diaboli mi-</sup>  
 & solis instar malis & bonis ex æquo lucentis virtutem <sup>racula per</sup>  
 suam erga homines exercete, bona & mala signa face. <sup>fidei facie-</sup>  
 re. Hæc possunt, inquit, dum fidem retinent, quæ ipsorum uni-  
 robur est. Ad nostrum institutū propius pertinet, quod  
 nullum à Deo miraculum scimus factū, quod nō pu-  
 tarit ab hominibus aut alijs creaturis edi posse. Modos <sup>Fides robis</sup>  
 porrò seu rationes ac velut instrumenta, per quaæ mira-<sup>Dæmonia</sup>  
 cula faciant homines, quinq; diuersis locis recitat, fidē,  
 Naturam, Cœstra, Artem Medicam & remedia, Magiā.  
 Cæterū perfidem nō intelligit eam, qua certi sumus  
 nos per mortem Christi Iesu Deo reconciliatos esse, sed <sup>Qd q; mo-</sup>  
 congenitam credulitatem, seu persuasionem quandā, <sup>di seu ne-</sup>  
 quæ nobis cum Dæmonibus est communis, vt ex lib. de strumenta  
 causis morborum inuisibil. perspicitur. Hanc aliquan. <sup>mira</sup> <sup>ef-</sup>  
 do naturalem, in lib. de peste etiam incantatoriam no- <sup>siciendi.</sup>  
 minat: de qua Christum opinatur Lucæ 17. cap. locutſi.  
 Quam absurdè verba hæc Christi passim, Platonicos  
 quosdam secutus, exponat, piget referre. Ergo per hanc  
 fidem loco citato scribit, nos omnium herbarum spe-  
 cies creare, inuisibiles tamen, mōrbos omnes, adeoq;  
 mortē, cui cui libeat, inferre facilius posse, quam bom-  
 barda seu sclopeto interficere. Hac si aliquis se ipsum fa-  
 net, abusu fidei fieri, quod eam latere velit Dominus,  
 mōrbosq; remedij depelli. Per hanc fidem Apollinem  
 miracula fecisse, ac Dæmones facere, vt paulo supra mo-  
 nui, adeoq; Samsonem hinc robur accepisse suum, ac  
 nos supra naturæ vires agere, spiritibusq; pro arbitrio  
 imperare asserit. De Astronomia sua agens hæc scribit.  
 Cum Christus miracula faciens, discipulos, si fidem te-  
 nent, maiora facturos affirmet, cur non per eandem

" amplius quam natura, quæ propter nos condita est, præ  
" stemus? Etsi per fidem plus potest scriptura sacra, quam  
" Christus in charitate erga proximum, cur non poten-  
" tiores simus astris, cum non de his, sed de nobis loqua-  
" tur Christus? Breuiter huic fidei seu constanti deside-  
**Fides Para-**rio, (Quam in iam citato libello dicit nihil aliud esse,  
ceifca, quam potentiam agentem in verbum, quod suscitet  
mortuos.) potestatem tribuit miracula quævis perfici-  
endi.

**Miracula**  
**per naturæ** quoq; proprietatem miracula  
fieri putet, clare pspicitur ex fine 4. lib. de causis morb.  
inuisib. Quippe causam redditurus, cur cadauera mira-  
bilia nonnunquam faciant, in se habere cœli terræq; vi-  
res, ait, quas instar Magnetis ad se, ex cœlo & terra attra-  
hant. Pro attractarum autem virium varietate varie-  
**miracula** quoq; agere corpora quælibet. Tandem concludens,  
ciunt, quisquis hac naturæ proprietate prædictus est, inquit, e-  
tiam si canis foret, miracula & signa edit bona, sic duce-  
te sidere. Et vires innascuntur nobis in utero materno,  
sicut rosæ odorem ex terra secum efferunt. Sic Striges  
& Magi nascuntur, non ex arte tales euadunt. Non om-  
nia à Diabolis profiscuntur: Nec efficit etiam Christus.  
Sic in lib. de Podagra, Inueniuntur, inquit, homines, mi-  
racula edentes, & spiritibus bonis pariter & malis impe-  
rantes. Et non multo post, Homines, inquit, signa edunt  
miraculaq; faciunt, vt, qui tali influxu carent, eos pro-  
pemodum pro Dijs & sanctis tenere cogantur. Faciunt  
autem talia, non in nomine Domini, sed virtute natu-  
tatis suæ, in qua triumphant. Item ciere tempestates, to-  
nitrua, &c. naturali cōtingit virtute, non magica. Quod

**Quid Eu-** Euestris quoq; à se vocatis eandem potentiam tribuat,  
**stra Para-** mox ostendam, atq; indicauero, quid per Euestrum vi-  
celficum. deatur intellectisse. In 2. lib. ad Athen. multa de his blatte-  
rat, quibus suspicionem facit, eum sic nominasse Spe-  
stra mortuorum effigiem nomenq; mentientia. Tam  
sunt

funt autem prodigiosa confusa & pugnātia, quæ de his  
vmbbris scribit, vt videatur se ipsum superare voluisse ab  
surdarum rerum imaginatione. Hoc Euestrum prophe Euestra Pro  
tandi facultatem hominibus largiri scribit, ac mox ad- phetas faci-  
scribit hanc vim nescio cui Cacodæmoni, quem vocat unt.

Turban magnam. Ex hac, inquit, omnes Prophetæ sunt Omnes pro  
locuti, & ex ipsa omnia signa, Comete, significantes stel phete ex  
læ ortum habent, non ex firmamento. Etenim altissi- Magna Tur  
mus colloquitur nō cum mortalibus, nec mittit ad eos ban.  
ex cœlo Angelos, sed ex magna Turban præintelligun- "  
tur: quæ apud Iudeos & Erhnicos pro Deo culta fuit. "  
Deinde ad Euestrum rediens, ait, Euestrum edit miracu- "  
la. Sancti namq; per Euestra tantum miracula faciunt, si "  
cur Sol per radios naturam caloremq; exerit. Regunt "  
somnum & insomnia, futura præmonstrantia, docent "  
Astronomiam Breuiter ex his Sybillæ & Prophetæ va- "  
ticinati sunt. Cæterū artis Medicæ potentiam tātum "  
non anteponit virtuti Christi. Etenim in Paramiro pa-  
lam scribit, nos Medicinam à condito mundo habuisse Ars Medica  
& ad finem vsq; habituros eadem illa virtute, potesta- operatori mi  
te, & efficacia præditam, qua sanarunt morbos Aposto- racula.  
li: idemq; mandatum Medicis & Apostolis datum esse  
sanandi. Etenim in terra potestatem inesse atq; vires,  
quibus cœcis visus, leprosis sanitas restitui possit. Nullū  
enim morbum, ait, voluit Deus insanabilem esse, sed o-  
mnibus suum remedium creauit. Tollit enim Medicina  
non solos morbos aduentios, sed etiam à natuuita-  
te claudos & cœcos sanat. Vt hoc persuadeat homo ve-  
fanus, exemplū adfert Leonum, catulis, quos mortuos  
pepererunt, vitam rugitu suo conferentium. Præterea  
verba Christi accommodare insaniæ suæ coniititur, nō  
in præsente tantum loco, verum etiam in suis defensi-  
nibus. Fatuum est, inquit, putare morbum non lethalē,  
vt Comitalem, Podagram, cœcitatē, incurabalem esse,

cum dixerit Christus ægrotos Medico egere. An hi ægroti non sunt? An Medico non indigent? Non cap. Joh. scribitur ab omni quo inauditum fuisse, ut quis coecum natum videntem redderet: sed illi non fuerunt in Scho

*Nullus infan-*  
*nabilimor-*  
*bo affectus*  
*à Christo fa-*  
*natus est in-*  
*xia Paracel-*  
*sum.*

la Paracelsi enutriti. In Paragrapno magis blasphemus est. Ut à Medicis ægri percurentur, inquit, magis habiles eos esse oportet illis, quos Christus persanauit, à quo nullus est sanitati restitutus inhabilis. Quoniam igitur minus habet virtutem Medicus, magis idoneos esse oportet, quos curaturus est. Sic remedij assignat vim arcen-

di tempestates, fulmina, grandines, spectra, diabulos. Et non arceri modo, qui occupare cogitant, sed etiam ob-sidentes pelli medicaminibus ait. Inter hęc numerat corallium, hypericum, & nescio quæ alia. Morbos, inquit, in suis defensionibus efficit cœlū, Medicus pellit. Quod si igitur Medico cœlum cogitur cedere, etiam Diaboli coguntur cedere. Mercurius vitæ senem decrepitum iuuenem efficit, si ei credimus, & anui effoetæ menses restituunt. Sic herbæ, radices, lapides, inuulnerabiles & insuperabiles reddunt. Norunt Dæmones artem aurum & argentum in carbones & cochleas transmutādi. Potest etiam arte ex re qualibet, quæ comedī potest, verus sanguis generari, qualis intra corpora generatur. Hęc, inquam, partim in lib. de occulta Philosophia, partim in Archid. partim alibi constanter affirmat arte fieri, quæ constat à solo Deo præstari posse. Taceo iam quod lignum mortuum reuirescere, quod Ispidæ auiculę detraetam pellem aliquot annis pennas nouas, abiectis prioribus, producere scribit. Taceo quod naturæ nequaquam aduersari putat, imò quod impium censet credere, non perinde in potestate nostrā esse, ut quam diu velimus, aut saltem ad renouationem vsq; mundi, siue ad extreimi iudicij diem viuamus, quam possumus arte ignem seruare. Falso namq; credi vitæ terminum à Deo nobis

præ-

præfinitum: (Si non legerat alia scripturæ loca, saltem  
 37. cap. Ecclesiastici, vel 17. & 18. eiusdem authoris legere  
 debuit.) Et Adamum neq; ex Dei beneficio seu creatio-  
 ne, neq; ex naturæ corporisq; proprietate tamdiu vixi-  
 se, sed ope Medicinæ. (alibi dicit, Magiaæ) cuius scientissi-  
 mus fuerit. Nec satis habuit impura hæc mendacia effu-  
 tire, nisi insuper blasphemiam ex spurcissimo ore euo-  
 meret, asserens non semel tantum, non tam deploran-  
 dum nobis Adami lapsum, quam artis huius producen-  
 dæ vitæ in diluvio amissionem. Item Venerem, Satur-  
 num, Mercurium, multos immortalitate homines do-  
 nauisse. Narrat etiam Siconium & Hildonium, & nescio  
 quos alios, propè immortalem vixisse vitam: ut de quo  
 rum neq; ortu neque obitu aliquid intelligi potuerit.  
 (Fortasse quia nati nunquam fuerunt.) Item, vitam Pa-  
 radysi perpetuam non esse miraculosam, sed à loci natu-  
 ra conferri. Essè namq; hic etiam regiones & pharmaca,  
 in quibus mors nullas habeat vires: quod ipsum quoq;  
 ne excidisse ei putas, bis scripsit. Alibi vallis Telinæ in-  
 colas (quod tolerabilius est) scribit nec podagra, nec co-  
 licis doloribus, nec calculo, nec villo morbo Tartareo la-  
 borare: quod vehementer illis dolet ementitum esse.  
 Quæritur monstrum hominis artem hanc per diluuiū  
 périssse, cum constet Noam annis 20. longius vixisse A. Noa diutius  
 Adamo. Norat ergo hic quoq; artem, quam ei nō fuit dif- Adamo ui-  
 ficile filios docere, quibus cum ante diluum vixit, ac xit annis  
 post illud annis trecentis quinquaginta superstes fuit. 20.  
 Sed concludemus hāc vitæ protrahendæ narrationem  
 eisdem, quibus ipse conclusit verbis. Quoniam, inquit,  
 quæ de labore Sophiæ expertus sum, scribere absq; con-  
 temtu idiotarum nequeo, animo meo inscribam, mihiq; vitam termino carentem præfiniam. Quis non ri-  
 deat stulticiam, aut non admiretur potius prodigiosam  
 insaniam hominis, qui robustum corpus non potuit ad

Paracelsus  
 sibi uitam fi-  
 ne termino  
 præfixit.

quinquagesimum annum perducere? Mortuus enim est antequam 47. annos expieuisset. Aequè absurdā, falsā, impossibilia & monstrosa sunt, quæ in Archidoxis, de modo purgandi, atq; alibi scribit, de concoctione ciborum in ore, & vita sine cibo, quem, si non laboremus, minime necessarium putat. Vidiſſe se, qui mensibus sedecim vixerit sine cibo, cum pedes in terra sepultos haberet, ac frequenter glebam terræ ventriculi ori imponebat ac renouaret. Concoctionem quoq; æquè perfectā in ore, à palato, gingivis, vuula perfici, ac in ventriculo: nec minus corpus ex alimento sic confecto nutrirī. At trahi ab hepate sine sensu & sine deglutitione. Sic Eremitas vixiſſe, Iohan. Baptistam, omnesq; illos, qui sterco rā in intestinis nulla collegerunt. Sed futilē nugas mit

*vi Magiae tamus. Iam quod per Magiam miracula voluerit edi, ex miracula e omnibus eius scriptis liquet, ex quibus vuum aut alterum locum transcribam. Sanguis, inquit, verus ex herbis, pane, & similibus vi incantationis dignitur. Item Sāgæ lac verum & naturale non fictum, mulgent ex arido ligno vel ex pariete. Item potest anus una hora annum reddere sterilem, qui fœcundus videbatur. Item Dæmones omnes pelli possunt characteribus duobus. Item Annulos, imagines, & similia scimus res omnes à morte præseruantia. Morbos ex incantatione ortos, incātatione contraria docet cutare. Quinimò inter Magorum & Sanctorum hominum miracula, discrimen aliud nullū esse affirmat, de Astron. scient. garriens, quam quod hec à Deo, illa verò à Natura proficiscantur. De se ipso scribit in lib. quodam de Chirur. germanicè scripto & edito, se per Magiam miracula (Thaten) edidisse. In lib. quoque de Epilesia se Magiæ studiosum fuisse, & in ea profectum mi- cisse non leuiter, minime negat. His omnibus addit alia racula effi- quoq; miraculorum causam, nempe cœlum. Prodigia, cit Parac. inquit, in Paragragno, & Prophetiæ à cœlo sunt, quod bella,*

bella, prælia, morbos, pestes, generat: ac proinde etiam indicat. Quocirca mirabilia magna non solum Deus facit, vt Psalm. testatur, sed eadem quoq; efficiūt fides seu Imaginatio Paracelsi ac Dæmonū: deinde Natura: postmodum Spectra: mox ars Medica: tādem Magia: postremō deniq; cœlum. Quanquam portenta hæc supra generatim confutauimus, atq; non tātum falsa & impia, verum etiam blasphema, vt quæ maiestatis Diuinæ potentiam mirificè obscurent, ostendimus, tamen sigillatim refellere quædam vt operæ pretium videri, sic omnia diluere velle superstitiosum censeri potest. Quis enim credat per naturæ proprietatem miracula edi posse, quæ præter & supra naturæ vires atq; ordinem fiunt? te Naturæ Causam ergo miraculorum ponere cogimur, nō ipsam nullus mira naturam, sed hac maiorem ac sublimiorem potestatē. *Proprietate, cula edidit.*

FVR. Videmus tamen diuersas admodum in hominib. esse proprietates, dum aliqui à felibus, quidam à caseo, nonnulli à vino abhorrent, alij verò rebus quibusdam mirè delestantur, quas pleriq; alij abominantur. Quintam repertos fuisse fratres duos scribit Albertus, qui, dum clausas fores transirent, easdem mox aperirent vi quadam admirabili ex lateribus eorum manante. E R. *Alberti Ma- gni de duo- bus fratrib. fabula.*

Non valdè miror, te, qui Paracelso tantum tribuis, fabuloso Alberto fidem habere. Ego autem tibi dico, plura Albertus fa- ferè apud ipsum mendacia, eaq; impia & minimè feren bulus. da legi, quam apud Magos & Platonicos. Si possent ta- *Miracula solus Deus facit.*

lia homines naturali vi insita peragere, quomodo, que fo- so te, demonstrauisset miraculis suis Christus, se verum esse veri Dei filium eiusdem cum patre essentiæ & po- statis? Fecerunt etiam Apostoli miracula, sed in virtute ac nomine Christi, nō ex proprijs virib. Quæ causa fuit, *Differentia inter Chri- sti & Sæcto* lebant, sicuti Christum fecisse scimus, sed quantum, v- rum mirabi, & quomodo visum fuit Deo. Hic enim ipsis assistens *cula.*

talia operabatur, re nulla, que in ipsis esset indigens, sed authoritatem ipsis & fidem concilians, ut retro diximus. Qui per naturam aliquid potest, plerunq; & quoties vult potest. Sic quifeles odiunt semper odiunt, qui caseum aut vinum fastidiunt, semper fastidiunt. Ergo & miracula naturae suæ viribus edentes, semper cum libet edere ea possunt. Nam si non possunt, quod volunt, efficiere, nisi materia sit habilis, miraculum non erit. Quocirca verè demonstrauit Christus se natura Deum esse, dum semper & ubiq; quot, quanta, & quoties voluit, miracula fecit. Opera, quæ ego facio, inquit Christus, nemo facere potest. Possunt interim in certis hominibus peculiares quedam qualitates inesse, materiæ propriam mixtionem consequentes, (sive in toto corpore inesse potentur, sive in parte aliqua una, ut vetriculo, cerebro, &c. reperiantur) sed tales, quæ speciei naturam non excedant. Excedit autem vires humanas, immo pugnat cum facultate hominis, ut materiam aliter mutet, quam mutari apta est. Quippe limitatae sunt rerum naturalium vires, & ad certum effectum producendum destinatae, idq; si materia sit aptè disposita, & ad patiendum à virtute eo modo agente idonea. Quod præter hæc sit, miraculosum est ac dicitur. Panis exempla causa, aptus qui dem est, ut scetur, manibus frietur, in puluerem vertatur, ab igne torreatur, comburatur: à solis ventriculo & igne, venis idoneus est, ut in chylum & sanguinem permittatur. Iam si ignis ex pane verum generet sanguinem aut carnem, miraculosa erit mutatio, quia contra materiæ habilitatē atq; naturā sic mutat. FVR. Si potest in vetriculo & iecinore seu venis in sanguinem verti, quomodo pugnat cum natura ipsius mutatio hæc? E.R. Potest ab his partibus ita mutari, at ab igne non sic potest alterari. Pugnat igitur & non pugnat cum natura panis, ut fiat sanguis, pro vt ad causas agentes comparatur alias atq;

alias

*Quales in rebus inesse proprietates possint.*

*Panis in sanguinem mutari potest,* at non ab i-

alias. Et hoc est, quod Philosophi dicunt, res naturales definitè & limitatè agere, nec quiduis à quo quis moueri quomodolibet posse. Sic pessulus ferreus aptus est, ut ab hominis robusti manibus loco moueat, à vi spirituali & occulta ex hominis corpore effluente sic moueretur aptus non est. Quare verum fuisse miraculum, si verum esset, quod Albertus impie fabulatur. Si enim aliquid tale factum est vñquā, certo certius est, non à naturali corporis virtute, sed vel à bonis vel à malis spiritib. fortes reseratas fuisse. FVR Nō pugno hic amplius, præsertim qā elegatiōres & cordataiores Philosophos eadē tecum sensisse & docuisse video, in primis autem, quia sacrosanctis literis, quæ fallere nesciunt, consonant. ER.

Multò minus expectabis, arbitror, ut probem Medicos *Medicos boni* non posse miracula edere. Sanè quod faciunt, per rem *faciunt miracula* naturalia faciunt, yeri Medici: quæ constat pro inge*racula*. nitis sibi viribus corpora alterando sanitatem conseruare aut reparare. Quæ de admirandis corallij, hypericonis, aliorumq; viribus narrat Paracelsus, authore eo digna sunt, ut aliud nihil dicam. Quis tam bardus fuerit, ut pro certo habeat, tantam vim, quanta est fulminis & Dæmonum, tantula planta vel semiplanta arceri posse? An non oculi nos nostri docent, ac sensus reliqui demonstrant falsa esse vniuersa? Sacrarum literarum testimonijs inusitata & flagitiosa isthæc mendacia confutare abusus & religio penè est. Morbos omnes à Medicis *Morbi non omnes percurabiles* percurari posse contra omnem omnium seculorum fidem & experientiam cum affirmat, dignus est furca potius, quam refutatione. Si non ad sacras literas & honorem Dei volebat respicere, se ipsum saltem intueri debet, ne tam foedè ac turpiter secum pugnaret. Fatetur enim in locis compluribus morbos multos incurabiles esse. Quod tametsi non fateretur verbis, re ipsa tamen verum esse demonstrauisset: cum plures ægros aut occi

derit, aut incuratos reliquerit, quam percurarit. Sunt igitur, quæ de Medicina & remediorum miraculis blaterat Sannio iste, nihil aliud quam scelerata mendacia.

*Euestra nō.* Quod autem Euestra ab ipso vocata viribus miraculo-faciunt mi- rum careant, perse notum est. Sunt enim nihil aliud,

*racula.* quam vmbrae seu Dæmones siue Lares atq; Genij Platonorum, hoc est, yeri Diaboli: quos miracula facere non posse, supra firmissime ostendimus. Si quid aliquādo facere videntur, hoc vel perficiunt agentia patientibus coniungendo siue semina admouendo: vel fallunt, ac pro rebus vmbras oculis obijciunt: vel quæ diuino quodam consilio per ipsos Deus agit, ab ipsis facta putantur. Restat igitur, vt primum declaremus fidei illius, de qua ipse loquitur, hoc est, imaginationis, eam vim non esse, quam esse cum quibusdam alijs inscitè, stultè, impieq; putauit. Deinde vt ostendamus ne per Magiā quidē, eiusq; species, aliquid huius generis perfici posse. Quibus demum aliquid, siquidem ocium habebimus, ac res postulare videbitur, de cœli efficientia & vaticinio adiiciemus, & sic finem primæ parti velitationis nostræ imponemus: nisi forte interim aliquid in mentem veniat explicatione opus habens. FVR. Placet omnino consilium: neq; cupiō, vt multis mihi demonstretur, in herbis & lapidibus adeoq; medicaminibus, quibus ad profligandos morbos vtiliter vtimur, non inesse virtutem miracula efficiendi. Cum enim hæc fi-

*Gestatio  
herbarū &  
aliorū tali-  
um rerum,  
non efficit  
homines ad  
mirandos.* tæ res omnes ordini Naturæ subiectæ sint, absurdum fuerit potestatem illis naturali maiorem & excellentiorem tribuere. Sanè semper apud meriti Albertum, Pliniū, alios, cùm ex gestatione certorum lapidum, herbariumue mihi promitterent victoriam, futurorū præfusionem, securitatem à fulmine & bombardarum vi- mirandos. lentia, gratiam Principum, & nescio quæ alia huius ge- neris.

neris. De Dæmonum viribus & hominis potestate maiora mihi polliceri audebam. Etenim rationis vis quanta esset, quam multa, quam varia, quam difficultia, quam deniq; admiranda ab vtrisq; perfecta fuissent considerabam, & his alia quoq; addi posse sperabam. Multa certè fuerunt impossibilia iudicata, quæ improbus mortaliū labor possibilia, nec omnino difficultia factu demō strauit. Quocirca libenter audiam, quid de Imaginatio- ne viribusq; eius sentiendum censeas. Iucundū quoq; erit cognoscere, quantum Magicæ incantationes valeant. E R. Propositum est monstrare, virtute Imagina- tionis miracula edi non posse, sicut impiè Paracelsus, & præter hunc alijs audacter affirmarunt. Quod vt faciam commodius, etiam alia quædam tractanda erunt, quæ disputationem facient aliquantò longiorem. Si omitti talia cupis, citius nos expediemus. F V R: Omitti nihil velim eorum, quæ ad rei explanationem conferre pos- sunt. E R. Igitur vt non illud modò liqueat, quod præ- cipuè spectamus, sed etiam pateat, quam aliena sint à veritate & pietate, adeoq; ab omni sensu, quæ de Phan- tasiæ potentia Paracelsus tanta confidentia afferit, de hac animæ nostræ natura potestate & vsu quædam ab Aristotele eruditè recteq; dicta obiter adferemus, vbi occasio iubebit. Constat autem Paraçelsum, quæ plerique philosophorum scitissimè de Phātasia disputarūt, despexisse, atq; Auicennam, Algazelum, Alchindum, A- rabes, deniq; Pomponiatum impurosq; Magos sequi maluisse. Causam nescio, nisi vel ignorantia harum re- rum ductus, vel studio nouādi persuasus veris falsa præ tulit. Putarem certo iudicio ab Aristotelis Galeniq; sen- tentia discessisse, si certam ille retineret. Sed cum mo- do Auicennam probet, mox Pomponiatum infāndosq; Magos sequatur, paulo pòst Alchindi deliria videatur amplecti, frequenter proptria sua somnia cæteris ante-

ponat, quid statuam aliud vix reperio. FVR. Quænam  
fuit virorum illorum opinio? ER. Primi duo statuū

*Opinio Aui* Animam, quia forma est materiae expers, & Intelligentiae de l-  
tis ( sic nominant Philosophi motores orbium cœle-  
magnatio-  
stium) proxima, virtute Imaginationis, sic extolli posse,  
*ne.*

vt non in proprium corpus solū, verū etiam in quodlibet aliud sine medio aut instrumento agere possit. Sic nobilitas animas Camelum in Caldarium, hominem in puteum deſcere: sanare, debilitare, quos velint: permutare Elementa, vt nec ignis vrat, nec aqua humectet: Prophetare, miracula edere, deniq; imperium in omnē habere materiam. Iſtas vires à cœlestibus Intelligentijs infundi censuerunt, sub quarum beneuolo aspectu productæ sint, si intenta Imaginatione Ideam seu Imaginē Saturni, Iouis, &c. Intelligentiæ concepisset. Eſe namq; tunc Animam talem duo quēdam, Animam scilicet seu formam corporis & Intelligentiæ imaginem: ac proinde totam materiam mutabilem ei tanquam Intelligentiæ quodam modo parere. Alchindus radijs omnia prædicta perficit. Quippe res imaginatione conceptas rep̄ia in ea subsistere, ac per radios quaqua versum exites foris quoq; produci posse, si vehemens iungatur de-

*Opinio Al chindi.* Opinio Pō siderium. Pomponatius idem fermè sentiens spiritus, ponati. non radios, facit effectionum opifices: quamuis in progressu disputationis, talium rerū effectores statuat vel latentes hominum proprietates, vel Intelligentias cœlestes. Alii quidam ab Imaginatione aerem infici & corrumpi afferunt, à quo deinde, qui fascinantur, patiātur.

FVR. Si recte memini, non discordant Paracelsus & nu-

*Opinio Pa racelsi.* per nominati authores. Quid enim aliud videri potest sensisse, cum in libello suo de Imaginatione scribit, quicquid in Phantasiam recipiatur, in rebus alijs haud aliter ab eadem exprimi posse, quam si manibus formaretur? Spiritus, inquit, imaginationi seruiens, astrum est illud, quod

quod pro libito suo format ac imprimit. Item, Imaginatio Sol est in homine in suū corpus & res alias, ad quas radius eius dirigitur, haud secus agens, quam Sol radios in aerem diffundens. Nec mirandum putat, ab imaginatione corporalia produci itemq; febres, adeoq; pestem ab eadem sola intensione absq; instrumentis suscitari. Imò quicquid imaginatur homo, inquit, hoc ipsum existit. Si ignem cogitet, ignis est: si bellum, hoc quoq; est. Quod si fixæ imaginationi vehemens intensusq; coniungatur appetitus, consequitur effectus, vt in prægnantibus vsu venit. Item, mulieres odio & cupiditate incensæ, velut grauidæ intentiore imaginatione, qua viros plerunq; superant, spiritum generant, quo supra mediū cœlum eleuatur impressio: in quo cum corpus ex mensu assumpsit, cruces in hominum vestes defluunt.

Quoniam ex imaginatione simili nascitur species, & ex menstruo corpus operis, quo pestis toti alicui regioni paritur. Imaginations nostras sursum attolli putat, astraq; non aliter inficere, quam illa nos radj̄s suis afficiunt. Quod qua fiat ratione, pluribus declarat, in lib. de peste, dicens, omnes affectiones imaginationsq; nostras in corpora transmutari, volatilia reddi, & ad suum quodq; Planetam extolli, vt inuidia ad Saturnū, fraus, mendacia, doli ad Martem & Mercurium, inq; illis veluti exco qui in pœnas, quas iussi in homines rursum effundant. Cùm ergo, qui cœlum imaginatione sua venueruit, suoq; imperio tanquam catellum subiecit, (Hominis enim cuiuslibet Sapientiam sic regere & ad obedientiam cogere posse cœlum asseuerat, quomodo manibus terram vertimus, ac iumenta imperata facere consimus) malefacere alicui cogitat, Planetæ sui vtitur servitio ad eam rem, velut Agricola equis ad colendā terram. Hinc originem habent imagines cereæ, Verba, characteres, literæ, & Magia yniuersa. Qui enim cœlum co-

gere didicerunt, quo vim suam sic in characteres, cera, &c. effundat, ut vires habeant Saturnias, Iouias, &c. Magi sunt vocati. Ex eiusmodi etiam Imaginationibus natæ sunt hodieq; nascuntur variæ hominum sectæ inter se probitatis & sanctitatis nomine differentes, dum unus hoc, aliud vitæ institutum sequitur. Evidem qui homines ad cœli Imaginationē perducere potest, Magnus est Propheta, Magna enim ac mirabilia faciūt ac vident. Hinc bona & mala prouenire, hinc morbos plerosq; pronasci affirmat, dum variæ & discrepantes hominum imaginationes in supremum vsq; cœlum subleuatæ ipsum cogant omnis generis mala in nos despere. Pestem autem vniuersalem inuadere, quotiens pleriq; omnes communi inuidia cœlū venenarint. Venerem quoq; Saturnum, Martem & Mercurium, complures mortales immortalitate donauisse affirmavit in lib. de Vita longa citra vllam operam humanam, intercedentibus imaginationibus. Quinetiā Syrum (Exemplaria quædam habent Styrum) quendam moribundū narrat per imaginationem robusti adolescentis fortè ibi astantis natram, vires, sensus, vitam, cogitationes in se transstulisse. Per similem Imaginationem Archasum, nescio quem, eruditionem atq; prudentiam ab alijs qui busuis in se traduxisse. Sed & quosdam imaginatione in somno ad se attraxisse Philosophorum ante annos 50. vel centum vita defunctorum Euestra (Sic enim nominat spectra mortuorum) à quibus mirabilia edocti fuerint. Hæc est summa eorum, quæ de Phantasie viribus

*Commune* inter legendum mihi notaui. ER. Perfacile ex recensi quid habeat tis à te potest intelligi, rectè à me dictum supra, eum al. Parac. cum sentiri omnibus, & peculiaria insuper habere. Nam dū al. js delirā- spiritum Imaginationi inserviētem fingere formareq; titus. & ad cœlum vsq; subvehere affectiones, ait, cum Pomponatio facit. Dum phantasiam corpora gignere, dum febres,

febres, pestes, absq; instrumentis fabricare contendit, i-  
 dem cum Auicenna sentit. Evidem in lib. de occulta  
 Philosophia scribit, Phantasiæ vim præcipuè in peste  
 cerni, vt'quæ venenū generet omni venenato aere no-  
 centius. Si quis in Gallia, inquit, fratrem audiat in Italia  
 obijisse ex peste, imaginatione pestem sibi accersere po-  
 test, quæ in alios deinde inuadat sine aeris infectione.  
 Falli namq; rudes, ait, dum aerem à talibus corrūpi pu-  
 tant. Cum eodem illud etiam commune habet, quod  
 futurorū prævisionem Imaginationi ascribit. Etsi enim  
 negat vaticinia sic ex homine ad cœlos ascendere, quo-  
 modo iram, odium, affectiones alias, eleuari putat. nihil  
 ominis tamen disertè affirmat, ortus vermium aliquo-  
 rum, & consimilium rerum inusitatarum, deniq; præfa-  
 giorum quorundam potissimam causam esse Imagina-  
 tionem. Intensissima imaginatione, inquit, fundamen-  
 tum præsagitionis ponens & omnes circumstantias ac-  
 curatè examinans, spiritum suum adeò purgatum subti-  
 lemq; reddit, vt futura præuidere valeat. Sic dum Imagi-  
 nationem (instar Solis) radios emittere censet, atq; affe-  
 ctiones & visa Phantasiæ, corpora, id est, res ipsas, fieri af-  
 seuerat, Alchindi intaniam complectitur. Dum quæ ho-  
 mo intra se imaginatur, extra perfici virtute eiusdem o-  
 pinatur, cum omnibus errat. Propria habet, quod Imagi-  
 nationi potestatem attribuit cœlum & astra cogendi,  
 h̄sq; pro libidine ad res nequissimas abutendi: quod in  
 cœlum aut aarem subleuare menstruatas mulieres s. n-  
 guinem arbitratur, ex quo sanguineas cruces & pestes  
 architectentur nobis sidera: quod per Imaginationem  
 putat (Si tamen vñquam putauit vel ipse vel aliis sanæ  
 mentis homo) aliquem posse vires, sensus, cogitationes,  
 naturam, vitam, eruditionem, ex alijs in se ipsum trans-  
 ferre: quod sidera opinatur ratione, prudentia, astutia,  
 dolis, & fraudibus perinde armata esse, vt homines: A-

*Quid pro-  
prium ha-  
beat.*

pertè namq; contendit hæc omnia in sideribus inesse;  
quia ab ipsis nos acceperimus. Si ab illis nos accepim<sup>9</sup>,  
inquit, necesse est, vt priora habuerint. In hoc solummo-  
do differentia est, quod nos visibiliter secundum ista a-  
gimus, sidera autem inuisibiliter & spiritualiter operan-  
tur, quod sidera per imaginationes venenata pestem  
hanc in homines potius quam res alias euomere sta-  
tuit, quia videlicet hos perdere cupiant, non res alias. Et

*Parac. mó-  
dō fidē, mó-  
dō imagina-  
tionem fa-  
cit autorem  
miraculorū*

quod in citatis locis Imaginationem perficere ait, alibi  
fidem, non eam, qua Christo confidimus, sed congeni-  
tam, (sicut in lib. de Tart. seu morbis inuisibilibus scri-  
bit) præstare asserit. Quod quia supra monui, pauca illis  
hic adiçiam testima[n]tia. Si potest homo, inquit, in libro  
de caus. morb. inuisil. bombarda interficere alium, mul-  
tò magis necare potest fide. Habet enim duo corpora  
& quod externum facit visibiliter, hoc est, bombarda, id  
dem facit internum seu inuisibile inuisibiliter, id est, fi-  
de. Item, quod quis credit firmiter, id propter credulita-  
tem sa[ecundu]m contingit. Hinc Gallicus morbus incurabilis  
est redditus. Hinc pestis exorta fuit. Hac fide aliqui coelū  
venenāt, quod pestes immittit deinde terris, p[er] arbitrio  
seu fide illorum. Ex adductis hisce testimonijs manife-  
fit.

stum est, idem eum in his locis fidē nominauisse, quod  
supra Imaginationem fixam vocavit. Hæc portentosa  
monstra nullus volet à me, credo, refelli, cum ipsa se  
apud intelligentes omnes abundè refellant. Sed nec il-  
lud obscurum est, quantum vera cum pietate pugnet,  
dum, quæ solius dininæ Maiestatis propria sunt, Imagi-  
nationi attribuit. FVR. Non inferior quadam absur-  
diora videri, quam vt probare possim, nisi forte aliter ex-  
pli centur.

*Aristoteles  
de Imagina-  
tione senten-  
cia. ro.* At quæ cum Avicenna & Pomponatio com-  
munia habet, non videntur carere rationibus, quas de-  
inceps adferam, cum, quid contradicturus sis, perspexe-  
cita.

ER. Imaginationem definit Aristoteles motum ex-

Statum à sensu in actu, per quem non bruta modo, verum etiam homines permulta agant ac patiantur. Mōnent autem scitè Interpretes, eum non animæ potestatem, sed actuū eius hac oratione exposuisse. Deinde obseruari iubent, quod facultatem, quam alij aestimatrix, alij cogitatiuam (Latini has etiam distinguunt) nominant, & brutis quoq; concedunt, sub Phantasia complexus est. Huius munus est rerū effigies à sensibus in se recipere, ac, Menti contemplandas offerre. Quoniam hoc est menti imaginatio, quod oculi & alij sensus sunt imaginationi, & quod imbecillioribus oculis aptum & conueniens est specillum. Cùm enim non possit intellectus noster, dum Animā in hoc viuit corpore, speculari absq; phantasmate, omnino fuit necessaria hæc anima<sup>Cur intellectus pars aut virtus.</sup> Quamuis enim mens nostra non semper singulare iudicat, sed vniuersalia plerunq; contemnatur, egēt nihilominus ad horum etiam speculationem mate, phantasmatum præsentia. Quoniam vt qui proprietatem figuræ quantitatis indefinitæ, aut lineæ infinitæ cogitat demonstrare, in abaco pingit determinatæ quantitatis figuram, finitamq; lineam, in quibus propositū suum declarat, sic necesse habet Intellectus, inquit. Aristoteles, phantasmate singulari, tametsi non, vt singulare est, consideret, sed vt speciem vniuersalem subindicat. Seruit ergo Intellectui in hominibus Imaginatio, phantasmata à sensibus accepta subministrando. In brutis sic habet connexum appetitum, vt percepta specie vel iucunda vel tristi non possint non subito, vel appetere vel repudiare. Quod hominibus quoq; accidit, quotiens à morbo, vel somno, vel affectionibus & perturbationibus animi ligata est ac impedita ratio. Quare multa per phantasiam agi dixit Aristoteles etiam ab hominibus. Nihil enim agunt animalia priusquam à specie in phantasia inhærente appetitus excitetur. De ap-

*Appetitus petitum loquor animali, non pure naturali, qui sine ex-*  
*animalis & pressa specie in anima inesse videtur. Appetitui mox o-*  
*naturalis. bedit virtus mouens & exequens iussa. FVR. Nondum*  
*video quid velis. E R. Huc ibam, ut quomodo phanta-*  
*six species animal moueant intelligeres. Quippe non a-*

*Phantasma lia ratione mouent, quam repræsentatione occursuq;*  
*ta non mo-*  
*uent nisi re-*  
*presentando* *Vt speculum, si animatum esset, per species obiectarum*  
*rerum, quas in se habet, res oppositas perciperet ac indi-*  
*caret, vel sicut Anima per sensus à sensiliis rerum spe-*  
*ciebus affectos res præsentes percipit ac iudicat, ita ferè*  
*percipit ac iudicat res easdem absentes per phantasiam*  
*à simulachris sensuum variè veluti pictam. Si conueni-*

*Quomodo phantasias corpus alte ret.* *ens iudicauit, mox appetit, si inconueniens sensit, ab eo*  
*refugit. Propter hanc Animæ inclinationem & fugam*  
*variè mouentur vna cum calore spiritus, prima Animæ*

*instrumenta, proq; diuerso eorum motu diuersæ admis-*  
*dum oriuntur ægritudines in animalium corporibus.*  
*Etenim celeriter contrahuntur, funduntur, iterum re-*  
*uocantur, tenuantur, densantur, dispelluntur, colligun-*  
*tur, dissoluuntur, mobiliores efficiuntur, subitoq; rur-*  
*sus velut torpentes redduntur. Hinc calores subiti, refri-*  
*gerationes repentinae, coloris crebræ mutationes, tre-*  
*pidatio, torpor, laxatio alii, vertigines, animi deliquia,*  
*& subitanea aliquando mors nascitur, aliaq; talia innu-*  
*merabilia, & planè admirabilia proueniunt. Vno verbo*  
*dicam: quicquid caloris, spirituum & humorum motus*  
*corpori potest boni maliq; adferre, hoc omne potest in*  
*nobis Imaginatio tristis aut iucunda efficere. Si vera hæc*  
*esse arbitraris, quæ consentanea sunt naturæ, veritati,*  
*experienciam, & deniq; cum omnium eruditorum homi-*  
*nūm sententijs conueniunt, pergam, si falsum aliquid*  
*videtur, indices velim. FVR. Concedo oculos instar*  
*speculi à rebus oppositis recipere species, & quia anima-*

*ti sunt simul videre. Sic & phantasiam confitco recipere*

pere à sensibus prius haustas species, atq; prout conuenientes aut inconuenientes visæ sint, vel expeti res vel declinari, qua ratione spiritus & calorem vñà cum humoribus diuersè moueri contingat. Nec illud etiam nescio, potentias actibus & officijs, actus obiectis distinguiri. Sed quorsum hæc faciant ignoro, cum eadem hæc imaginationi nos assignemus, sed non hæc sola tamen. E.R. Imaginationem constat ob hæc factam esse, vt simulachra rerum sensilium à sensibus recepta seruet in illarum absentia, eaq; intellectui, cum opus est, representet. Non mouet igitur, nisi quatenus obiectione imaginum boni maliuè aliquid representantium appetitus excitatur ad persecutionem aut fugam. Nec alia ratio ne affectionum & appetituum, quibus anima perculsa spiritus animales appetitionibus suis obedientes afficiendo motiones tam varias excitat, causa existit. Quantum porrò ad sanitatem momentum habeat animus rectè compositus, quantumq; in morbis mali adferat animus perturbatus, & spiritus humoresq; præter natu ram exagitati ac moti, præclarè norunt Medici, qui cum iudicio aliquo sæpius ægrotantibus adfuerunt. Quocirca non dicimus nullam esse imaginationis cum in sa-  
nis tum in q̄bris efficientiam, sed alio modo vel propriū nis non est eam corpus vel alienum mouere, nec verūm nec facile uis nullā. Imaginatio  
imaginabile est. F V R. Hoc est quod probandum tibi noris. E.R. Nomen imaginationis non eodem modo semper usurpatur, sed aliquando significat animæ po tentiam, qua potest imaginari animal, etiamsi tunc non imaginetur, hoc est, specie nulla pista sit actu: interdum ponitur pro specie imaginata, vt cum Chimæram dici mus nihil aliud esse quam Imaginationem: plerunq; au tem positam reperimus pro ipsa huius facultatis actione, quemadmodum visionem dicimus oculi esse actū. Quocirca dare te oportet, vel potestatem hanc miracu

Potentie a-  
ctibus & of-  
ficijs: actus  
obiectis di-  
stinguuntur.

Imaginatio  
nus nomen  
plura signi  
ficiat.

*phantasia si  
ne actu non  
mouet.*

la illa edere, vel speciem in ea effectam, vel ipsum actum potentiae. At potentiam actu defectam corpus neq; alie num immutare ac mouere posse probationis nō eget.

*Species phā  
tastæ nō mo  
uet corpus.*

Quoniam mouere est agere. At agere nihil potest, quo ad potentia est, quod est. Imaginatio autem, cum specie caret, ac nihil imaginatur animal, tam non dicitur agere, quam non potest existimari oculus clausus, dum animal dormit, aliquid videre. Adde quod, qui mirandas il las effectiones imaginationi adscribunt, non potentia ab actione cessanti, sed ipsi actui, eiq; admodum intensio, acceptas referunt. Sed nec imagini tribui efficientia talis poterit: cum res nullæ sint ista simulachra, sed rerū veluti umbræ quædam, quales in speculis apparent. Si

*Species non  
sunt res, sed  
tanquā um-  
bre & no-  
tiones que-  
dam rerum.*

veræ essent formæ, ab efficiente ex subiecti sui potentia educerentur: quod neutquam fit. Non magis enim ex cerebri potentia vel ex eius spiritibus, in quibus vt in subiecto exprimuntur, pronascuntur phantasmatæ, quam ex materia speculi oppositarum rerum imagines in ideo re lucentes generentur. Ut hæc à rebus ex aduerso po-

- 1 sitis absq; præcedente alteratione in speculis facta ap-
- 2 parent, atq; multiplicatis solis obiectis multiplicantur, sic & illas Imaginatio à sensibus suscipiens conseruat, & variè componens animæ cognoscendas offert. Solet etiam subiectum quodlibet à veris formis denominari. Dicimus enim aereum calidum esse, frigidum, obscurum, serenum, quia nimis hisce qualitatibus præditus sit. Rubrum autem, album, flavum, ligneum, lapideum, &c. non dicimus esse, quatenus harum rerum species in se diffusas tantum continet. Sic speculum politum aut rude vocamus: album, autem nigrum, coeruleum, aqueum, igneum, propter species harum rerum in eo apparētes, nullus nominat. Eodem planè modo neque cerebrum aut spiritus eius putamus esse albos, nigros, rubros, sa xeos, ligneos, propter species in illis expressas. Nō enim
- 3 ægrum

agnum aut ignem est cerebrum Medici, cum morbus  
 aut ignem imaginatur: nec ideo vel sani sunt, qui sanitatem  
 imaginatione concipiunt, vel vrontur, qui vstula-  
 tiones imaginantur. Taceo quod nulla ratione possent  
 tot ac tantarum, etiam contrariarū rerum formæ in an-  
 gustâ adeò pupilla recipi, & inde ad interiores sensus tra-  
 duci, si quidem reales, vt vocant, formæ existerent. Et 5  
 cum forma vera omnis non possit non cum subiecto  
 extendi, hæ autem repræsentationes in minima pupille  
 parte totæ insint, plurimum eas à formis materiae inhæ-  
 rentibus & ex ea eductis differunt. Tam exilis & tenuis 6  
 est earum natura, tantumq; à veris formis in sua mate-  
 ria inhærentibus insint, vt quamvis per eas sentiantur,  
 propriè sentiri nequeant, eaq; de causa scitè appellatæ  
 sunt notionales & intentionales, quia per eas animus  
 in res ipsas tendat. Idem Aristoteles sensit, cum non la- 7  
 pides, sed lapidum formas in sensus recipi, & ad Phanta-  
 siam peruenire dixit. Ergo si res quælibet pro suæ essen-  
 tiæ modo agit, nec res villa naturalis potest supra naturā  
 suam (omnia enim vel specie similia, vel inferiora se ge-  
 nerant) vniuoca generatione, (in qua semper efficiens  
 specie simile oportet esse factō) aliquid producere, hæc  
 autem simulachra vel visa, non sunt res aliquæ, sed rerū  
 notiones, effigies, signa, adeo que vmbrae, hoc solum  
 quoque possunt agere, nempè figurare, significare, re-  
 præsentare. Imago Cæsaris, quoad imago est Cæsaris, ni-  
 hil eorum potest, quæ sunt Cæsaris, exercitus instruere,  
 in hostem educere, laborantibus opem ferre, sed, vt ima-  
 go est, reppresentare solum Cæsaris lineamenta potest.  
 Par est ratio imaginum & notionum, quæ in sensibus

Omnia ge-  
nerant fibi  
similia uel  
deteriora.

Nulla for-  
 cum externis tum internis effinguntur. Cum enim nul-  
 ma natura-  
 li formæ re vera existenti à natura concessum hoc sit, vt lis ultra suā  
 ultra & supra suam speciem perse aliquid generet, quo-  
 modo possit hoc credi exilibus hisce vmbbris datū esse, uniuoca.

An incorporea res ac per se nō subsistens generabit corpoream & subsistentem? Impossibile est, iterum dicam, vt notio, imago, repræsentatio, aliud agat, quam significare & repræsentare, vt quæ ob aliud nihil à Deo facta sit. Declarant hoc satis species, quæ in aere diffusæ sunt, & in speculis relucent. Quippe nec aerem, nec aquas, nec specula vlo modo alterant verè, sed abeunt & veniunt cum rebus, quarum sunt species absque omni reali speculorum aut aquarum mutatione. Quod si specula animata essent, ad comprehensionem & notionem eis seruirent. Dum inepta sunt ad hanc motionem, nō mouentur ab eis, quia aliter mouere nequeunt. Quod scitissimè nobis est ab Aristotele traditum in 2.lib.de Animalia. Vbi res sensu carentes à sensilibus affici non posse patiuntur à sensibilib. quo ad sensi ab odore, quo ad odor est, pati nihil potest. Ratio eadem

*Sensibus carentia non patiuntur à sensibilib. quo ad sensi ab odore, quo ad odor est, pati nihil potest. Ratio eadem*

est omnium sensilium, quatenus sensilia sunt. Nam solo sensus mouere sensilia possunt. Si enim res alias moveant, non quoad sensilia sunt, mouent, sed quoad in certo aliquo subiecto insunt. Quod si ergo vel tenebræ densiores, vel lumen nimium, vel tonitru violentius oculos aurësue offendat, non existimandum est à sensili specie, quoad sensilis est ac sine materia, factum fuisse, sed ab aere calido, frigido, concusso, nimis illuminato & moto. Quod de specie sensili verissimè dixit Aristoteles, què dicitur bene ac verè de specie imaginabili, quæ non magis, sed minus fortè est materiae particeps specie sensili. At simulachra imaginationis, per quæ actu imaginatur, nihil sunt aliud in sua natura, quam effigies, species, notiones, & repræsentationes spirituales, non autem reales. Quocirca nihil agere præter impressionem in sensus vel exteriores vel interiores ad cognitionem possunt. Quod si ergo in corpore, in quo insunt, nihil agunt,

agunt, qua ratione in alieno egerint? Aut quo pacto anima mouebunt, cui non offeruntur? Perinde hoc sit, ac si pcul absentē videre dicas, q̄ solus ego in conclaui conclusus inspicio, & prater vnu me conspicari nullus potest. Certe ex meo cerebro imaginem in spiritu phantasie effictam exire, in que alius hominis caput subire, nullus sanæ mentis putabit. Quod si maximè fieri posset, non tamen eodem modo in alio spiritu necesse est pingi. Nam vt res eadem in uno speculo expressius, distinctius, concinnius, in alio obscurius, confusius, turpius effingitur, sic eadem quoq; effigies in alio atq; alio spiritu non similiter pingitur. Hinc vnuuenit, vt, quod vnu formosum putat, alius deforme iudicet, & quod terrible vni videtur, alius leuiter contemnat. FVR. Quæ hic obiecturus fueram de sensilibus speciebus sensum corrumpentibus, ex Aristotele p̄occupasti, & mihi simul in memoriam reuocasti, quod me legere apud eundem penè oblitus fueram, non à tonitru, quoad sonus est, ligna findi, sed quoad cum violento est aeris motu. Sanè nō valde repugnauerim abs te modo dictis, vt qui Theophrastum nostrum putem, neq; potentia neq; speciei seorsum vires eiusmodi adiudicasse, sed actioni intensæ, quod te quoq; affirmantem paulo antè inaudiui, trubuisse. E R. Sed non minus hic errat, quam si predicto rum aliquid affirmet. Quoniam vt rei sensibilis actus vnu idemq; numero actus est cum sensu actu, sic imaginabilis rei actum vnum eundemq; numero esse necessarium est cum actu Imaginationis. Semper enim ex agente & patiente actus fit numero vnu. Quamobrem vt sensibile iunctum sensui efficit sensionem, sic imaginabile iunctum phantasie efficit actum imaginandi. At ostensum est imaginabilem speciem actum habere alium nullum, quam representationem, ideoq; amplius dare Phantasie non posse, quam coloris simulachrum dat oculis. Si

*Cur, quod  
uni videatur  
pulchrum,  
alius iudi-  
ceturpe.*

*imaginatio  
nis actus nil  
aliud effi-  
cit. quam re  
presenta-  
tionem.*

quid præter hunc actum in Imaginatione excitari possit, hoc ita erit in phantasie organo, quomodo in oculo inflammato est facultas nocendi, non qua visus instrumentum, sed qua præter naturam affectus est. Intel-

*Actus imaginatiois remanet in imaginante.* Actus imaginatiois remanet in imaginante permanere, in rem aliam nullam transfire. Quis autem putet actionem in homine remanentem, aliquid extra hominem mutare posse? Dei hoc est solius, creaturæ nullius. Sanè actio quælibet fit per contactum, cuius rei causa spaciū seu interuum determinatum requiritur, quo agens virtute sua passum attingere possit. Proinde omnes omnium ætatum eruditū homines vñā cum Aristotele in 9. Metaph. scitissimè verissimeque censuerunt, actiones transiunt non in agente, sed in paciente esse. Ex quo necessario sequitur, solas illas actiones aliquid extra ipsum efficiens constituere, quæ in effectore non manent, sed in passum transiunt. At omnis Imaginatio actus est manens in Imaginante. Quippe sensio quædam est. Evidem nullus, arbitror, ita est rudis & absurdus, qui visionem oculorum, vel auditionem aurium mearum in alio à me simul esse opinetur. Quomodo enim auditio visioqne mea sit auditio alius? Sic neque imaginatio mea potest cogitari alius cuiuspiam esse imaginatio: quanquam vt videre diuos eandem rem nihil impedit, sic etiam imaginari eandem nihil veter. At duas nihilominus sunt imaginationes, cum duo sint imaginatores. Præterea non potest comprehensio seu perceptio villa pro actione transiunte haberi. Nam vt visio non est gnoſcentes extra oculos, nec oculi videndo, quatenus vident, colo- non mutant res mutant, ita nec Imaginatio rem villam externam, cu- res. ius in se speciem actu intuetur & iudicat, alterare valet.

Sanè quævidentur alba, exempli gratia, nihilo magis pa- tiuntur, si à mille hominibus aspiciantur, quā si à nullo

pror-

Prorsus cernantur. Etenim res sensilis non mutatur ab actione sensus, qua pati & recipere, non agere solet animal: nisi forte organum malo quodam habitu præditum sit, quod tamen sensioni accidit, per se non conuenit. Longissime namque differt mutans & agens à recipiente & cognoscente. Quocircà non querit eruditus aliquis animi affectiones mouentes in potestate recipiente, sed in potentia agente, quæ instrumentis ad motum idoneis instructa sit. Cæterum Imaginatio actus est animæ, simulachra sensibus impressa recipiens, iudicans, & intellectui repræsentans, quomodo sensu à rebus objectis eadem receperunt, iudicarunt, & ad Phantasiam transmiserunt. Quocircà non magis hæc potest actu suo res imaginatas mouere, quam oculus res visas, aut Intellectus res cognitas. Si possent à facultatibus cognoscientibus res ipsæ permutari, iam res quælibet talis esset, qualem vel sensu, vel Imaginatione, vel intellectu quisque iudicauisset. Quo nec imaginabile quidem est aliquid à veritate alienius. FVR. Non hoc voluerunt yiri illi, quantū quidem ego iudico, vt vel ex eo liqueat, quod imaginationem absque adiuncto vehementi appetitu nihil tale posse asserunt. Sed quia sine præeunte apprehensione desiderari nihil potest, Imaginationem facere dixerunt, quod coniunctum desiderium perficit, vt in prægnantibus contingit. Non enim quod imaginationæ sunt, sed quod simul anxiè concupierunt, fœtui imprimunt. ER. Perperam igitur imaginationem causam esse ponunt, si appetitus ista efficit. Nam vt, quæ voluntatis sunt, Intellectui nullus rectè assignauerit, sic imaginationi attribui nec debent nec possunt, quæ ad appetitum spectant. Quippe sicut bonum intellectum est voluntatis obiectum, à quo, vt à fine mouetur, ita bonum imaginatione comprehensum est obiectum appetitus. <sup>Imaginatio  
nis officiū.</sup> Imaginationis ergo est officium visa à sensibus

suppeditata concipere, iudicare, Intellectuique repræsentare, non autem mouere ad habendum aut faciendum: vt hoc Imaginatio sit desiderio habendi aut fugiendi aliquid; quod voluntati est intellectus. Quoniam utrobique apprehensionem boni & iucundi lequitur eiusdem appetitio: quæ prorsus à perceptione seu cognitione diuersa res est. Tantum igitur abest, vt Imaginatio vim in alieno corpore quippiam mutandi, seu mouendi, & efficiendi obtinuerit, vt ne in proprio quidem corpore motus ullius veri principium dici possit efficiendum. Non enim vel imperando vel efficiendo mouet, sed repræsentando & iudicando, vt de Intellectu diximus. FVR. Miror te non animaduertere, quod sensim ex Aristotelis vestri castris transfugias. Is enim longè alter sensit & scripsit, cum alibi tum in lib. de motu Animal. cap. 7. sic dicens. Alterant autem & imaginationes, & tensiones, & notiones. Sensus enim statim alterationes sunt quædam. Phantasia autem & Intellectus facultatem rerum habet: Τρόπον γὰρ τινὰ τὸ ἄδειον τὸ νοέμενον τὸ τῷ θερμῷ καὶ ψυχρῷ ἡδέως καὶ φοβερῷ τοιότον τυγχάνει δὲ, οὐ περ καὶ τῶν ὀραγμάτων ἐκεσούσιον καὶ φρίππητιν καὶ φοβερόν ται καὶ νοήσαντες μάνον. ταῦτα δὲ πάντα πάθη καὶ ἀλλοιώσεις εἰσιν. In his verbis multa sunt consideratione digna. Primum quod Imaginationes & sensus dicunt alterare, quod tu negas. Alterum quod de sensibus hoc ut certum ponit, de imaginatione & Intellectu hac ratione probat, quod quamvis res ipsas non habeant, earum tamen rerum potestatem retineant. Quod ex eo rursus offendit, Phantasia vel mente percepta species, similis sit ipsis rebus. Quippe cogitantes solum, inquit, de frigore & re terribili frigent & metuunt. Quæcum sint alterationes, constat Imaginationes & cogitationes alterare. Circa finem libri eadem fermè repetit. Cum enim motus partium naturales ac præter rationem factos ἀλλοιώσεις

*Imaginatio  
id est appre-  
titui, quod  
intellexus  
voluntati.  
Imaginatio  
non est mo-  
tus prime-  
rius in pro-  
prio cor-*

*Imaginatio  
et sensio A-  
ristotelis est  
alteratio.*

τομπεσόσης fieri dixisset, addit causam inquiens, Nam Imaginatio & Intellectus, sicut retrò dictum est, τὰ ποιητικὰ τῶν ἀρχαγμάτων προσφέρεσθαι γὰρ εἰδη τῶν ποιητῶν προσφέρεσται. E.R. Si quid in præsente loco dixisset Aristoteles alieni à veritate, non dubitarent ipso deserto veritati adhærere, quæ nobis antiquior esse debet, cuiusuis hominis, quantumuis summi & clariſſimi authoritate. Equidem nō sum ex factiosorum illorum numero; qui Factiosorum veritatem prodere, quam ab eo discedere malunt, quē mos suorum sibi studiorum ducem elegerunt. Ostendi species in imaginatione receptas, non esse aliud quam effigies & simulachra rerum; ac proinde vim aliam nullam habere posse, quam repræsentandi seu figurādi. Quemadmodum enim qui annulo ceram signat, inquit Aristotle in 2. de Anima, & in lib. de Mémoria & Reminisc. solū signū in cera relinqt absq; omni qualitate aut virtute auri, argēti, aut ferri, sic res sensiles species vel imagines imprimunt, in sensu, præsertim vero in visum & auditum omni reali qualitate naturaq; obiectorum carentes. Qua ratione igitur aliud agere, quam res, quarum sunt imagines, repræsentare putentur? F.V.R. Quomo do ergo alterare dixit Aristoteles Imaginationem? E.R. Quatenus species rerum efficientium, hoc est, iucunda rum aut tristium offerunt, vt ex postremis eius verbis à te citatis clarissimè patet. Quoties enim rem, cuius spe ciem conceptam habet, iucundam & conuenientem iudicat, persequitur eam appetitus spirituum vtēs instrumento, ex quorum motu corpus alteratur. Dicitur igitur alterare Phantasia, quia rei expetibilis speciem, in se habet, quæ mouet instar finis, ac mouens est non motum. Declarat hanc rem totam ex professo in 2. de Anima, Vbi cap. 10. inter alia dicit, τὸ δρεπόν primum mouere non motum τῷ νοθῆναι Φαντασίαι. Mouet igitur Phantasia quatenus iudicat rem aliquam suauem aut

Quomodo  
Imaginatio  
dici possit  
alteratio.

insuauem; ipsa autem principium motus per se non est  
alio modo: quod exemplo artis Medicæ declarauit di-  
cens: Medicam artem habentem non mederi, quoad ar-  
tem habet, quasi motus, id est, Medicationis principiū  
aliud sit. Quippe Medicus ad medēdum impellitur, vel  
spe lucri, vel miseratione infirmi, vel causa consimilia-  
lia, non ab arte sua incitatur ad opus. Ars enim est recte  
agendi ratio, secundum cuius præfinitionem agit qui-  
dem Medicus, ab expetibili quoipam excitatus, at non  
est illud principium, à quo ad operandum, iuxta artis,  
quam tenet, præscriptum permouetur. Sic propemodū  
res habet in Imaginatione, quæ nec fugit ipsa, nec perse-  
quitur aliquid, sed quæ fugienda expetendaue sint, pro-  
ponit ac monstrat: quod Aristoteles scitissimè his ver-  
bis docuit. ὅλως μὲν ἔν, ὡσ περ ἐπηγα. ἦ δρεκτιὸν τὸ ζῶον, τὰ  
τῇ εἰατρῷ κινήτον: ὁρεζόμενον δέ ἐν αὐτῷ φαντασίας. Nihil his,  
arbitror, poterit dici magis propositum nostrum decla-  
rans, firmiusq; probans. Sanè haud magis mouet Phan-  
tasia sine appetitu, quam ars Medica absque desiderio  
medendi moueat. Quamobrem verè affirmauit Aristo-  
teles opinionem rei terribilis nos terrere, at Imagina-  
tionem talium haud aliter nos afficere, ac si picturam a-  
spiceremus, quotiens horrifica, quæ sic imaginamur, ad  
nos non pertinere persuasum habemus. Ex quibus cla-  
rè patet, Imaginationem per se solam non mouere, sed  
mouentium rerum species solummodo repræsentare:  
at cum appetitu iunctam hactenus mouere, quatenus  
res imaginatas vel iucundas & expetendas, vel tristes &  
fugiendas iudicavit. Nec aliud in loco à te citato dixit  
ac sensit Aristot. Phantasia & Intellectus, inquit, habent  
rerum δύναμιν. Non dicit res ipsas in Phantasia inesse,  
sed quandam earum facultatē: id quod sic probat. Quæ  
species in se habent idem quodammodo efficientes,

*Imaginatio  
terribilium  
non semper  
terret.*

quod res, quarum sunt species, efficere possunt, rerum  
virtutem.

Virtutes aliquo modo in se habent. At Imaginationis species idem quodammodo agunt, quod ipsæ res agere solent. Etenim qui frigida & terribilia intelligent vel imaginantur solum, frigent aut metuunt, ac si res ipsæ præsentes essent. Quocirca earundem quoq; rerum *δύναμις*, seu facultatem obtinet. Habent igitur in se Imaginatione & Intellectus, non quidem ipsas res, sed rerū species, frigus & terrorem, quam res ipsæ adferunt, repræsentantes: qua ratione ipsarum virtutem retinere dicuntur. Ideò in fine libri dixit, Imaginationem res efficienes offerre, quatenus species rerum offert. F V R. Aristoteles apertis verbis dicit, sensus, Phantasiam, & Intellectum esse alterationes, ac proinde nō sic nudas repræsentationes putauit esse in Imaginatione expressas species. E R. Si de alteratione spirituali & perficiente velles intelligi, facile inter nos conueniret. Cùm verò putas in Imaginatione receptam speciem frigoris non repræsentatione tantum, sed etiam actu frigidam esse, cōvenire nobis nunquam poterit: cum demōstratum sit, species illas non esse reales, ideo q; materialem alterationem per se inducere non posse. Alterant autem per accidens, quia rem incundam aut tristem repræsentantes appetitum mouent, & per hunc motus in spiritibus & humoribus diuersos cient. F V R. Ergo ne sensiones quoque negabis alterationes esse materiales? Aristoteles certè in citatis retrò verbis clarè dicit, sensiones statim ac sine medio alterationes esse, *αἱ γὰρ ψιθύσεις, inquit, οὐδὲς ἔταιρος ἀλλεών τίνες ἔσται.* E R. Etiam si de sensibus externis hoc tibi largirer omnibus, de internis tamē, de quibus in præsentia inter nos disputamus, concedi non posset. Quippe cum initio dixisset, sensus, Phantasiam & Intellectum alterare, mox externos sensus statim alterationes quasdam esse ait: internos autē, ut Phantasiam, minime affirmat eodem modo altera-

*Species imago  
ginationis  
alterat per  
accidens.*

tionem esse, sed rerum facultatem seu *δύναμιν* solummodo habere asserit. Et ne quis putaret simulachra illa reuera vim habere illarum rerum, quarum simulachra sunt, se ipsum declarat, dicens. Species enim certo quodam modo similis est, id est, cōsimilem facultatem habet ipsis rebus. Quod si quāras, quis ille sit modus, respondet, repräsentationem esse. Etenim represen-

**Quomodo** species similem vim habent rebus. tant & significant, utrum res, quas repräsentant, extenda aut declinanda sint. Hoc fieri non potest, nisi prius cognita sit vel congruēs vel incongruēs animali. Quare, inquit, cum solum intelligit aut imaginatur animal terribile, horret ac friget. Quo circa non inducit frigus & horrē imaginata species, quoad species est in Imaginatione consistens, ( Sic enim specula quoque à talibus calefierent ac refrigerarentur ) sed quoad iudicata est iucunda vel tristis, hoc est, quoad vel expetenda vel responda videtur. Nam vt supra ex Aristotele monui, cum absurdissima terriculamenta imaginamur, à quibus mali nihil eueniire nobis scimus, perinde afficiamur, ac si inanem fictamque picturam conspicaremur. Alterat igitur imaginata species non perse, sed ex accidente, quatenus videlicet repräsentat rem commoda vel incommoda, atque per appetitum spiritus moti alterationes inducunt. FVR. At ego non video, si species sensilium rerum virtutem habent alterandi, quod cum Aristotele concedere videris, cur non imaginatio nis quoque imagines siue species eandem potestatem retineant. E R. Sensilium rerum omnes species altera-

**Visus & auditus species** tantū, gustus & tactus e- tionem realem seu materialem seu passiuam inducere non concedo, sed gustus & præcipue tactus solū: de qui- tatis recipi las. Gustus ac Tactus ipsas sensiles qualitates, non earū species spirituales tantum, recipiunt. Non enim sentit gustatus

Gustatus sapores, aut tactus tactiles qualitates, nisi tangentia instrumenta horum sensum. Cum enim alantur animalia, non speciebus esculentorum & poculetorum, sed ipsis metis esculentis & poculentis, & haec intra corpora penetrare sit necesse, reetè factum est, ut ipsos metis sapores à subiectis rebus neutiquam secretos perciperet gustus. Hac de causa in vna illa parte corporis habitat, in qua alimentis natura iter patefecit in ventriculū. Tactum autem, vt qui eorum genera sentire debuit, quibus animal perditur aut seruatur, in totum corpus extendit. Non patiuntur animalium partes à speciebus spiritualibus tactilium qualitatum, sed ab ipsis metis qualitatibus, quibus subinde occurruunt. Quæ cum in ipsis quoque alimentis insint, quibus aluntur singulæ, meritò sentire ipsas metis qualitates debuerunt. Alimur ipsisdem illis, ex quibus constamus. At conflatæ sunt partes animalium ex rebus qualitates tactiles in se habentibus, non ex illis, quæ solas species obtinerent. Quò fit, vt alamur etiam rebus qualitatibus illis præditis. Colores autem & percussum aerem non fuit necesse in nostra corpora ingredi, sed satis fuit haec percipi. Etenim hi sensus primo & principaliter cognitioni seruiunt, non perinde sunt ad esse animalium necessarij, vt gustus & tactus. Satis ergo fuit, si species à visu & auditu recipereetur. FVR. Si vera sunt, quæ sanè verisimiliter à te dicuntur, falsum sit oportet, quod Aristoteles affirmauit, sensile sensui impositum non sentiri. Sentientur enim sapor & caliditas ipsis imposita sensuum horum instrumentis: nec fit sensio quælibet per medium. ER. Non sequitur, si medium sit, speciem spiritualem in sensu tantum recipi, non etiam qualitatem sensilem. Etenim duplex mediū Medium sen ponitur ab Aristotele, externum seu alienum & congettudinum, illud visui & auditui, hoc gustatui & tactui attri plex. buit. (Olfactus vt est medius, ita fermè vtriusque affinis

est.) Illud ab obiecto sensus prius immutari ait, & ab eo deinceps sensum affici. Hoc autem vna cum sensu percelli asserit. Exemplo declarat hominis perictum clypei prostrati aut percussi. Sicut non prius, inquit, clypeus percutitur, & ab hoc deinde homo, sed vterq; simul, sic res habet in saporum & tactilium qualitatum sensione. Simul enim & medium & sensus afficiuntur. Et vt absq; clypeo percuti & sterni homo potest, sic absque medio tactus tactilia percipi possunt. Sed ingenuè fateor, me hic ab Aristotele dissentire ab ipsa rerum evidentia coatum. Etsi enim in gustu medium est humor, non tamē is gustatum mouet, vel ipso Aristotele teste, nisi quatenus saporem actu permixtum habet. In tactu nullū omnino fingere medium licet tale, quale ad visionem requiritur. Vt enim ἐπιδέρμιδα ponas, nihil profeceris. Quoniam hac ablata, cutis exactius citiusque sentit impositum sibi ignem, aquam, &c. Et si cute nudaris carnem, magis offenditur, acutiusq; sentit. Si & hanc à nero separe, acutissimè citissimeque sentiet admota que libet. Videtur certè Galenus noster haud paulò rectius vsum partium cognouisse Aristotele. FVR. Ergo verè esse negas, sensus omnes species recipere absque rebus, quarum sunt species? E R. Nego, si per res, intelligentias qualitates sensiles, ac de sensuum externorum instrumentis loquare. Nam de internis, vt sensu communī, qui princeps est sensus, & Phantasia, verissimum est. Etenim non sic calefit aut frigefit Phantasia vel communis sensus à specie caloris aut frigoris, quomodo cutis, caro, nerui, &c. Ex quo clare percipitur, discriminē esse omnino maximum. Patet ex predictis, Phantasiā neque cum specie caret, neque cum eam actu considerat, effectricem esse causam rerum imaginatarum. Ipsas autem species in Imaginatione pictas per se nihil aliud agere, quam repræsentare, clarissimè demonstratū est. Quod

*De usu partium rectius  
nōnulla scripsit Galen⁹  
aristotele.*

vt ru-

Ut rudissimi etiam intelligent, incredibilem Petri Pomponati*sue* oscitantiam, *sue* ignorantiam, *sue* errorē,  
*sue* aliter vocare libet, refellere me oportet, priusquam  
 ad alia transeamus: nisi aliud tibi videatur. F VR. Quan-  
 quam non multum labore, quid Pomponatius scrip-  
 rit, tamen quia disputationi nostræ vtilem iudicas hu-  
 ius rei explicationē, libenter audiam. E R. Pompona-  
 tius in libro suo de incantationibus prorsus impio & ne *Liber Pom-*  
 fatio, Aristotelis testimonio, quod citauisti, foedē ac fla- *Pomponati de*  
 gitiose abutitur ad excusandas adeoque stabilendas im *Incantatio-*  
 purorum Magorum præstigias. Conatur enim verbis il *nibus im-*  
 lis ostendere, speciem spiritualem re ipsa producere rem, *pis.*  
 cuius sit species, siquidem & agēs validum sit, & passum  
 rite dispositum. Insania vix villa maior cadere potuit in  
 hominem Aristotelis se discipulum profitentem. Quis  
 enim in huius scriptis versatus nescit, rem quamq; sic a- *Confutatio-*  
 gere, quomodo & quatenus est? At species in Imagina- *Pompona-*  
 tione effictæ Esse habent exile admodum, scilicet spiri- *tij.*  
 tuale: nec sunt aliud quam spectra seu visa & Imagines. <sup>1</sup>  
 Quocirca nihil possunt agere, quam repræsentare & fi- *Res sic a-*  
 gurare: idque spirituali modo. Si amplius aliquid cogi- *gunt, uti*  
 tes agere, supra suum actum, supra naturam viresque <sup>2</sup>  
 suas agent. Quod verò nihil aliud agant, quam quod re <sup>3</sup>  
 præsentant res, quarum sunt simulachra quædam, ex eo  
 planissimè perspicitur, quod animal eiusmodi phanta-  
 mata intra se nec amplectitur nec fugit, sed res ipsas ex-  
 tra se positas persequitur & declinat, quas illa repræsen-  
 tant. Natura ipsa docuit nec fugienda esse nec expeten-  
 da, ut quæ nihil aliud sint, quam rerum fugiendarum &  
 expetendarum effigies, ac repræsentationes quædam.  
 Sane Aristoteles obiecta putauit esse mouentia nō mo- <sup>4</sup>  
 ta, & mouere tanquam fines: obiectorum simulachra  
 mouere aliter, quam repræsentando nunquam & nuf-  
 quam affirmauit. Quis Turcarum principis imaginem <sup>5</sup>

velut hostem, vñquam metuit, aut periculum ab ea si-  
bi creari putauit? Quis porrò eam aspiciens, non cog-  
itat, secum, quanta sit principis aut Tyranni illius crude-  
litas & potentia? At qui non plus habet virium species  
cuiuslibet rei, quam imago Turcici Imperatoris poten-  
tiæ illius obtinet, qua Turca subnixus vicinos suos ter-  
ritat. Vt hæc Turcam nobis repræsentat, vim aliam nul-  
lam possidet, sic & illæ res cognoscendas nobis propon-

6 nunt, quæ omnis & sola est earum potestas. Consideremus illud etiam, ex quanam materia species illæ ipsas  
res producant. Quicquid enim fit, non solum aliquid  
fit, sed & ab aliquo, ex aliquo, & in aliquo fit. Architec-  
tum habemus speciem in imaginatione impressam.  
Quid fiat scimus, (iam enim ponimus fieri extra nos,  
quæ imaginati sumus intra nos) nemperes per speciem  
repræsentatę. Ex qua materia autem producantur illæ  
res, & in quo loco generentur, nondum est declaratum.

7 Quanquam illud quoque admiratione dignissimū est,  
quod speciem, quæ nihil est reale, vt in Scholis loquun-  
tur, opificem facit rerum, vt imaginem aurī effectricem  
veri auri. Hoc si sciebat esse verum Pomponatius, per-  
quam inhumaniter egit, quod non Chymicos docuit,

*Aurea Me-  
dusa.* ne porrò tanto suo periculo frustra in venenosos cine-  
res inflarent. Grauius peccauit, quod non auream hanc

Medusam infœlicissimis illis monstrauit, qui nihil aliud  
quam aurum cogitant seu vigilent, seu dormiant, vt  
eam intuentes fixius toti redderentur aurei, sacramque

8 illam suam famem tandem explerent. Admirabilius  
hoc est, quod aurum fabricat ex nulla materia. Non ipsa  
species transmutatur in aurum, puto, cum nihil sit rea-  
le. Nec ipsa seipsam permutabit, cum non sit in ea natu-  
ræ diuersitas vlla. Sed nec ex spiritu architectabitur, vt  
opinor, cum tot non sint in cerebro, vt ex eis densatis  
granum auri conflare posset. An igitur ex humoribus

aut

aut ex ipso met cerebro creabit? Fierent illi tunc ad alienum, hoc autem ad actiones vitæ ineptum. Quod si absque materia potest, qui intentè fixeque imaginatur, ad ipsi quod concupiscit, valde ineptiunt cum Medici tūc agri, quod non imaginationis potius viribus, quam remediorum plerunq; ingratorum facultatibus, illi quidem curare, hi autem consanescere volunt. Quinimò inutiles & fatuæ sunt omnes artes, vana omnium hominum studia, frustra laboribus & periculis queruntur opes, scientiæ, virtutes, cum imaginatio fixa intenta quæ præstare omnia hæc possit. Quo posito, non modo inter res naturales nobilissima, verùm etiam planè diuina, adeoque Deus quidam fuerit Phantasia. Quippe ex nō corpore corpora efficere, creatricis potestatis actio est, quam creaturæ nulli Deus communicauit. Interim certum est, eum tametsi instrumenta ponat spiritus & languinem, materiæ, ex qua per iam dicta instrumenta res cudentur, nullius meminisse. Admirabilissimum est, quod, cum Aristoteles dicat species τρόπον τινὰ similes rebus esse, Pomponatius afferat res ipsas ab eis gigni posse, præsertim cum, quatenus similes sint, exponat, nempe quatenus cognitæ repræsentent τὰ πράγματα. Si possent res, quas repræsentant, efficere, nunquam appetitus præter ipsas aliquid expeteret. At expetit non quæ intra se habet phantasmatæ, sed res illas extra positæ, quas tantum significant in phantasia concepta simulachra. FVR. Probat nihilominus opinionem suam experimentis & ratione insuper, Aristoteles, inquit, in libro 9. de histor. animal. cap. penultimo. gallinas viætrices eristam caudamque erigere, similesque gallis fieri & superuenient coire tetare, ut difficile sit cognoscere utrum galli sint an gallinæ. Sed & gallos quosdam obseruatum esse officio matrum fungi, nonnullosque ab ortu sic effeminatos prodijisse, ut superuenientes gallos alios pa-

terentur. Mox ex Marsilio Ficino de quatuor animi affectibus multa transcribit, inter quæ non videntur contentnenda quæ de prægnantium cupiditate, fascinacionibus, & gulosorum appetētia recenset. Tandem ratio ne hac probat. Ideæ sunt in mente Diuina, Intelligentiarum, & Anima nostra, κατ' αὐτογίαν. Ergo sicut Deus per Ideas creauit mundum absque instrumentis, Intelligentiarum Ideæ per cœlos instrumenta perpetua, ita Animæ nostræ per corruptibilia, spiritum & sanguinem operationes suas exequuntur.

**Refutatio.**  
**Nullum exemplar est effectrix causæ.**

E.R.A. Præclaræ certè & plane Peripatetica ratio isthac est, scilicet. Quis vñquā concesserit Ideam, quoad Idea seu exemplar est, causam effectricem esse? Omnes certè Philosophi, etiam Platonici exemplaris causæ defensores ab efficiente distinxerunt. Est enim non effectrix causa, sed exemplum iuxta quod efficiēs aliquid fabricatur. Supra ex Aristotele docui, artem Medicam non esse principium medicationis, sed normam & regulam, quemadmodū imago domus in mente ædificatoris, non est efficiēs causa ædificationis aut domus, sed est exemplum ad cuius similitudinē ædificator domum fabricatur. Quod si Ideæ in Deo creant, longissimè differunt ab Ideis animorum nostrorum, quæ nihil aliud quam simulachra sunt rerum sensibus perceptarū. Quamobrem conferri non possunt. Quippe Idea in Deo (de Intelligentijs earumq; Ideis suo deinceps loco aliquid dicemus) non est accidens in Deo, in nobis autem accidens est, & quidem spirituale, non reale, quod tum adest tum abest infinites. Est igitur ratio hæc non modo sophistica, sed prorsus insulsissima, & Ponatio incantatore dignissima. FVR. Negas Ideam seu exemplar agere, cum ipsa experientia rerum Magistra contrarium nobis ostendat. Quid enim? an non cotidie annulo tuo literas obsignas, imaginem sculpturæ ceræ imprimens? Hic certè imago annuli similem in certainam

ra imaginem effingit. E.R. Restè à me dictum est, nul-  
 lam imaginem, quoad imago est solum, efficere aliud,  
 quam repræsentare. Nam imaginem esse, est repræsenta-  
 tionem esse. Si quid præter hoc agat, non iam imago  
 tantum est, sed naturam habet aliam coniunctam cum  
 essentia imaginis. Ut in annulo aureo aut ferreo non est *In annulo*  
 imago tantum sed partiū inæqualitas & durities. Sunt *aureo non*  
 enim partes quædam eleuatæ, quædam depresso. Ab hi- *agū imago.*  
 see, non ab imagine, quoad imago est, ceræ quoque par-  
 tes aliæ magis, aliæ minus deprimuntur, vt similem red-  
 dat imaginem ei, quæ in annulo est. Intelliges perspicuè  
 rem sic se habere, si vel in aquam vel mollissimam cerā  
 inprimas imaginem, eaque ceram aliam velis signare.  
 Frustra laborabis, vt patet. In causa est, quia partes aquæ  
 & ceræ non sunt, vt ferri, auri, lapidum, duræ. Quod si  
 non à materiæ, in qua imago est, duritie impressio in ce-  
 ram fieret, sed ab imagine, quoad imago est, omnino i-  
 magine eadem in materia quantumvis molli existente  
 similem in quamvis materiam insculpere posses. F.V.R. *Respsio ad*  
 Non inficior. E.R. Experimentis quæ profert tantum *experimen-*  
 dem probat. An enim quia gallina aliqua pugnâs vicit, *ta Pompo-*  
*species Phantasiæ res imaginatas procreant? Quis Pom natij.*  
 Ponatio dixit gallinam illam imaginatam fuisse victo-  
 riæ, & galli naturam? Sæpè vincunt, immò quotidie vin-  
 cunt aliquæ, nec ex eo tamen mutant naturas. Si ali-  
 quando factum est, non ob imaginationē triûphi pro-  
 pter victoriâ factū est, sed propter naturâ gallinæ mascu-  
 lam, quæ victoriæ causa fuit, non autem victoria naturâ *Feminas in*  
 factum peperit *tales.* Nec impossibile fuerit, et si raro *viros mutar-*  
 factum sit gallinam mutari in gallum, vel naturam gal-  
 li affinem acquirere, si verùm est, quod Hippocrates li-  
 bro 6. Epidem. Plinius lib. 7. cap. 4. Linius libro 4. belli  
 Punici, Amatus Lusitanus Cent. 2. curat. 39. de feminis  
 in viros aut viraginiæ mutatis scripserunt. Sanè viragi-  
 nes multæ omnibus & temporibus & locis nascuntur.

Quod cur in auiū genere non etiam vsuuenire aliquando  $\alpha\sigma\alpha\lambda\delta\gamma\omega\varsigma$  possit, ratio nulla est. Quæ de animi affectionibus ex Marfilio citat, parum me mouent. Nam quæ vera dicit, iam ante ostendi, quatenus à Phantasia confiant. Quæ falsa recitat, censeri inter alias ipsius fabulas possunt.

*Ficimus su-  
perstitionis  
Platonico-  
emulator* Fuit enim vir ille, vt Platonicorum, ita e-  
tiam omnis Platonicæ superstitionis plus satis studio-  
sus, nimisque credulus. FVR. Ipse quoque non magni-  
rum nimius æstimo talia; sed quæ de grauidarum desiderio, de gulo-  
nibus, & fascinationibus vulgò credita compertaque  
fuit.

sunt, hæc saltem probabilem reddunt Pomponatijs cau-  
sam. Evidem vt Imaginationem, quoad Imaginatio  
est, in conceptionibus efficacem, aut saltem velut exem-  
plar & Ideam quandam esse persuasum habeamus, ad  
cuius similitudinem virtus formatrix foetum effingat,  
non illis tantum commouemur, quæ vulgò referuntur  
& scribuntur, quæque negare aliquis verisimili ratione  
motus possit, sed multò magis à sacræ scripturæ exem-

*Historia Ia-  
cobi ex 3o.  
cap. Gen.* ple, de cuius veritate & certitudine ambigere nulli li-  
cet, huc pertrahimur. Etenim Genes. 3o. cap. legimus, Ja-  
cob peculium suum per hanc rationem auxisse, imposi-  
tis varicoloribus virgis canalibus illis, ad quos potus  
causa oues ducebantur. Ab eadem causa similitudinem  
liberorum plerique deducunt. Quin hac ratione galli-  
nas & pauones incubantes ouis albos aliterue colora-  
tos pullos excludere autumant, prætensis videlicet al-  
bis pannis alioue colore pictis, in quos tempore incu-

*Incubās gal-  
linā nō mu-  
tat colores.* batus continuè inspiciant. ER. Quod ad Gallinas &  
Pauones spectat, falsum est, quod scribitur. Nec est ne-  
cessē, vt te iubeam experiri, quod multi tentantes socor-  
diam & oscitantiam scriptorum ex alijs quiduis absque  
examine transcribentium, extremè admirati sunt, cum  
ex ratione perspicere, qua es ingenij felicitate prædictus,  
possis. Etenim calor incubantis animalis non dat formā  
ouis,

Ouis, sed roborat solum insitum' ouorum calorem, ut pro sua natura fabricetur, ad quod fabricandum factus est. Si daret formam & naturam, nunquam gallina, anser, anas, pauo, alios ex subiectis ouis pullos excluderet, quam sui generis. At fotu suo gallinas aliasq; aues constat pullastros, anaticulas, anserculos, pauones, & alios pullos excludere, si eidem oua diuersorum illorum generum fouenda subiijciantur. Sic ventriculorum quoq; nostrorum calores ab externo calore adiuti felicius coquunt, pro sua quisq; natura, cibos ingestos, non pro natura caloris accedentis. Externus enim calor internos ouorum & ventriculorum calores ignauos & torpentes roborat solum, & ad agendum excitat, naturam agendi non tribuit. Quare anserini oua calorem excitans augensque anserem, anatini anatem, gallinacei gallinam excludit, per se solum nihil aliud agit, quam quod calefacit. Planissime hoc ipsum intelliges, si duo hæc apud te pensitaueris, primo quidem, eundem illum calorem, qui ex diuersi generis fœcundis ouis tam discrepantes pullos generat, ex sterilibus ouis nihil generare, sed eodem fotu, quo illa viua reddit, vt sic dicam, hæc putrefa cere. Deinde idem hoc posse calorem ignis, solis, sterorum, furnorum. Quippe solis, ignis, & stercorum calor maltorum animalium oua maturat: furnorum tepor calori gallinaceo respondens pullos quoslibet æquè faciliter excludit. Denatorum similitudine res valde est *De similitudine libera ambigua. Si quid hic potest imaginatio proprijs viribus suis, tempore conformatio-*nis potius, quam *conceptio rum et parturientium.* efficit. Quoniam non imaginatio solum, sed & alias facultates animæ ita tunc impeditæ languidæque vindentur, ac si Epileptici aliquid animal pateretur: quod ab Aristotele, & ipso Veterioribus quibusdam annotatum legi Equidem prudentiores in seminis proprietatem retulerunt præcipue, quorum sententiae cuncta fe-

rē astipulantur. Etenim animalia, quæ imaginatioe pol-  
lent, etiamsi cœca concipient, matremq; videre & ima-  
ginari nequeant, vt equæ & canes, maribus tamen simi-  
les generant pullos & catulos. Contingit idem hoc in il-  
lis etiam, quæ tantum non omnino carent imaginatio-  
ne. Adde quod in aliis semper ferè mares maribus, &  
feminæ feminis similes prodeunt: quod non certè fie-  
ret, si quid imaginatio in ipsis mutaret. In hominibus ve-  
rò cum abstemius, abhorrens à caseo, vel cœpis, vel alia  
re quapam abstemium, aut ab eadem rē cum parente  
abhorrentem, aut nec matris nec sibi, sed alicui ex maio-  
ribus, quem fortè nunquam in mente talia venerat, sed femini ad-  
scribendum est. Sic calculosi, podagrici, &c. nascuntur,  
propter semenis qualitatem, non propter imaginatio-  
nē matris, quæ hosce morbos nec sibi nec liberis optet.

*Factum Ia-  
cobi fuit mi-  
raculorum.*

Ad Iacobi Patriarchæ factum quod attinet, fuit hoc mi-  
raculum, non euénit naturaliter, vt ex 31. cap. perspic-  
tur. Evidem si vera esset Pomponati imaginatio, spe-  
ciem variorum baculorum in ouium Phantasia sculp-  
tam, non varias oves, sed varios baculos producere o-  
portebat. At oves non generauit illa species, sed secun-  
dum baculorum varietatem variata est onium pellis. Il-  
lud etiam Diuinum magis, quam naturale opus fuisse  
satis ostendit, quod neque Iacobus neque alias quispi-  
am vel antè vel post illud tempus pari successu tērauit,  
etiamsi plurimos experiri voluisse prorsus sit credibile.  
Nec baculi varij à Labano in aquarijs canalibus positi  
eundem effectum habuissent, quod gregem ab eo Deus  
auferre, Iacoboque tradere decreuerat. Sed quid est op-  
pus verbis? Habeant expressæ in Phantasia rerum notæ  
vix hanc, vt nimirum sint exemplatia, ad quorum figu-  
ram efformetur conceptus (cum causas non esse demo-  
stratum)

stratum sit) quærendus nihilominus fuerit architectus.

FVR. Effector est virtus formatrix. ER. At hæc virtus *virtus for-*  
*matrix non* habet opus exemplari, sed quomodo in semine la-  
*ctucæ existens absque exemplari generat & fingit laclu* *eget exempl-*  
*cam, sic & in semine humano opus suum perficit, vt nō plari.*  
*habeat necesse intueri in exemplar.* Deinde non habet  
*efficientiam ullam extra corpus proprium, imò extra se-*  
*men, in quo inest. Vt enim quæ in lactucæ inuenitur se-*  
*mine potestas, in alio semine, vt fœniculi, vires nullas ha-*  
*bet, sic quæ in vna muliere inest formatrix facultas, in*  
*alia inesse agereque nihil potest. Nam vt animavna cor-*  
*pus vnum informat, extra illud ne cogitari quidem po-*  
*test, quoad forma est, ita ne formatrix quidem potētia,*  
*q̄ sua est cuiusq; animæ virtus, extra corp<sup>o</sup> propriū ima-*  
*ginabilis est. Quocirca nihil aliud probabitur omnibus*  
*hisce exemplis, si quam maximè vera esse concedantur,*  
*quam animam vehementiore appetitione exuscitatam*  
*in proprio corpore diuersas ciere motiones, de quo nec*  
*ego aliquando dubitaui, nec alium dubitantem noui.*  
*Sanè si alijs argumentis destitueremur, soli melancho-*  
*lici nos, quid hac de re sentiendum sit, præclarè doceat.*  
*Non hoc quæritur, an animus diuersè perturbatus di-*  
*uersè spirit<sup>o</sup> & humores afficiat, & pro varia eorum mo-*  
*tione varios in corpore morbos excitet, sed an, quæ ani-*  
*mal cogitat vel imaginatur, imaginando extra se gigne-*  
*re, inquæ alienum corpus, s<sup>x</sup>p<sup>e</sup> etiam procul distans, im-*  
*primere possit. Quod ad grauidas spectat, certò certius* *De Graui-*  
*est, nullam vñquam sua cupiditate & appetitione, quan-* *darum ap-*  
*tumnis intensa, corpus alienum immutauisse. Si in po-* *petitioni-*  
*testate mulierum esset alienos quam suos foetus poti-* *bus.*  
*us expetitarum rerum notis signandi, nullæ proprios,*  
*omnes alienos signarent. Ne autem pulchrarum rerum*  
*imagines nobis obſ̄cias, deturpibus nos loqui putes,*  
*Et sanè frequentius gerunt infantes notas terricula-*

mentorum, quam expeditorum figurās. FVR. Ne ego  
quidem puto prægnantes imaginatione rerum à se de-  
fisteratarum alienos conceptus signare, suis autem fœ-  
tibus eas inprimere quarumlibet rerum figurās mani-  
**Fœtus non** fœtius est, quam ut possit negari. Cæterū fœtus non  
est pars corporis, sed veluti alienum quoddam corpus,  
poris. ac proinde neutriq[ue] videtur negandum esse, quin ve-  
hemens appetitio in alienum corpus agere possit. ER.  
A' vehementiōibus animæ affectionibus turbulentē  
moueti spiritus & sanguinem, atq[ue] turbido horum mo-  
tu grauiter corpus affici null⁹ negat. Fit hoc ideo, quod  
spiritus animæ appetitionibus seruiunt ac parent, cum  
primum earum sint instrumentum. Mouet imaginatio  
appetitum absq[ue] corporeo instrumento, hec autem per  
instrumentum corporeum corpus mouet: ὁ δὲ κανένας ὅρ-  
γάνων ὡρέξεις, inquit Aristoteles, οὐδὲ σωματικὸς ἔσται. Mouet  
autem spiritus proprios, non absentes & peregrinos, ac  
proinde non it vel currit aliis, cum ego volo, etiam si  
**Anima pro** vehementissimè velim. Quippe anima mea pro instru-  
**priostatum** mento habet suos spiritus, quibus præsentibus impe-  
**spiritus mo** ret, sub aliis animæ imperio existentes mouere non po-  
net. ut quos non tangat, & cum quibus conuenientiam  
nullam habeat. Ipsa enim sibi sua instrumenta generat,  
intra proprium corpus, quod informat, extra quod po-  
testatem nullam habet. Quid quod suos etiam spiritus  
paulum turbatos à calore, frigore, exercitio, alijsq[ue]; re-  
bus non habet obtemperantes? Et cum actiones om-  
nes, de quibus sermo nobis est, per spiritus fiant, non  
quoslibet, sed conuenientes, qui à voluntate in moti-  
bus voluntarijs, ab imaginatione in Venereis alijsq[ue]; ta-  
libus mouentur, quomodo supra dictum fuit, mouebit  
alienum corpus anima siquidem mouere ponatur, vel  
per suos proprios, vel per alios. At per neutros potest.  
Relinquitur igitur, eam ne mouere quidem aliena cor-  
pora

pora posse. Cæterum quod per alienos mouere nō pos-  
 sit aliena corpora, probationis non eget, adeoq; proba-  
 tum abundè satis nunc est. Ipsa se absurditate sua opinio  
 hæc refellit. & iniusticia. Perinde namq; esset, ac si tuis e-  
 go rebus tuoq; famulitio te inuita ad tuam ipsius per-  
 nitientem abuterer. Quod autem neq; proprijs suis spiriti-  
 bus corpus aliquod extra illud, cuius est forma, moue-  
 re possit, supra euidenter satis demonstratum nobis me-  
 mini. Non enim exire debent, nec progressi extra cutem  
 subsunt animæ gubernationi, nec directorem habent,  
 nec seruari in ære possunt, qui sæpen numero intra cor-  
 pus dissoluuntur, & mortem animali repentinam adfer-  
 runt. Deinde cum inter mouens, motum, & instrumen-  
 ta necesse sit conuenientiam esse & proportionem, non  
 poterit spiritus, qui in me est, meumq; corpus mouere  
 potest, propterea quod eadem causa, quæ totum cor-  
 pus tale & tantum fecit, spiritus quoq; tot ac tales crea-  
 uit. Non enim alia causa de principio corp<sup>o</sup> formauit, &  
 alia postmodū spiritus ei inseruit, sed ambo hæc ab uno  
 opifice confecta sunt: & ad finē vsq; vitæ ab vna eadém-  
 que causa conseruantur etiam, vnumquodque pro suæ  
 naturæ modo. Imò verò si accuratè loquendum sit, mē  
 brorum effectores fuere spiritus. Horum enim ministe-  
 rio vsa formatrix potentia, pro qualitate & copia eorū  
 ex subiecta materia, quoad potuit, membra fabricauit  
 instrumento suo conuenientia. Constat porrò, vix, imò *Non reperi*  
 vix quidem, fieri posse, vt duos homines inuenias tem- *untur duo*  
 peramento prorsus similes, quod incredibilis ingenio- *temperanc*  
 rum, cogitationum, consiliorum, actionum ac morum *to prorsus*  
 varietas, corporum dispares figuræ, dissimiles inclina- *similes.*  
 tiones, præclarè demonstrant. Quamobrem si tibi maxi-  
 mè largirer, spiritus incolumes de corpore meo ad tuū  
 transilire, animæque suæ iussa perficere velle, incertum  
 tamen relinquetur, an ea esset inter corpus tuum

*Non quibus  
libet utitur  
spiritibus  
Anima.*

meosq; spiritus conuenientia, que ad ciendum motum requiritur. Quoniam vt non potest anima quaevis corpus quodlibet animare, nec spiritu quomodo libet affecto concinne vti (nulli enim insanirent, nulli omnino morbis affligerentur, nullus etiam moreretur, si posset anima in quovis corpore inhabitare, & spirituum quorūlibet opera cōmodē vti) sic neq; spiritus cuilibet corpori mouendo idoneus est, sed oportet, vt ex eadem materia corpus & spiritus conflata sint. Quam rem Aristoteles in primo libro de Anima, cap. 3. diuinè explicat, veteres reprehendens, qui animam corpori aptarēt, nec docerent tamen, in quali corpore inhabitare apta sit, cum constet, quamlibet materiam propriam habere formā: & ἀλλὰ τὸν κοινωνίαν τὸ μὲν ποιῶν, τὸ δὲ πάρεξ: καὶ τὸ μὲν οὐρανόν, τὸ δὲ κυνέατα necesse sit: nec quaevis res quamlibet occurrentem mouere possit, vt Pythagorici fabulati fuerint. Demum concludendo ait, πάρεξ πλήσιον δὲ λέγουσιν ὡς περ εἰ τὶς φάμι τὸν τελεστικὸν εἰς αὐλας ἐνθύεσθαι. δεῖ γὰρ τὸ μὲν τέχνην γένηδας τοὺς ὄργανους, τὸν δὲ ψυχὴν τῷ σώματi. Falleris etiam cum putas embryonem velut alienum corpus esse. Cum enim eodem quo reliquū corpus sanguine alatur, perq; arterias & venas, quibus corpori continuatus est, ijdem spiritus infundantur, meritò cum corpore compatitur. Tantò autem patitur facilius, sentitque ocyus spirituum motiones, quantò tenerior est illa massa cæteris membris. Argumento tibi sit, quod raffissimè, vt ne dicam nunquam, signatur foetus adultior & conformatus. Tunc enim periculum est maximum, dum formatrix virtus in partium & membrorum effectione occupata est. Quo tempore cum non insitis mortu. do in semine, verum etiam per arterias, venas, ac nervos influentibus calore & spiritu vtatur, mirum non est, si motiones, in spiritu matris factæ in foetum usq; deriuuntur. Quò sit, vt crebrius infantes recipient subiti metus

*Embryo  
non est sicut  
alicium  
corpus.*

*Quando  
poterimus  
foetus signe* tur. *in semine, verum etiam per arterias, venas, ac nervos influentibus calore & spiritu vtatur, mirum non est, si motiones, in spiritu matris factæ in foetum usq; deriuuntur. Quò sit, vt crebrius infantes recipient subiti metus*

ac paucis notis, quam appetitarum rerum signa. Etenim spiritus appetitioni seruientes irrationali, ferme causae sunt illiusmodi accidentium. Vnde animal contutitur & tremit eodem propè momento, quo vel strepitu vel visu terribili sensus præter expectationem percellitur, antequam ratiocinari, quatenus fugiendum sit, quod sic occurrit, liceat. Hinc visu enit, vt re cognita saepè nos pudeat trepidationis. Repentini huius motus causam Aristot. in lib. de motu Animal. cap. 8. elegantissimè exponit: & sub finem libri *πρὸς τὸν λόγον γενομένων καίτης* nominat. Nec difficulter Aristotelis mentem rationumq; momenta percipies, si animæ potentias omnes vnius eiusdemq; substatiæ facultates esse memineris, & sic, quæ ibi dicat, attentè obseruaueris. Huc motus partium quarundam in imaginatione. Venereorum, & fastidium ventriculi ad mentionem vel aspectum cibi nauseam parientis pertinent. Quod idcirco moneo, vt *Vnde factus signetur.*

ne putas cum plerisque desiderij potius, quam subiti paucoris & perterrefactionis sobolis esse tales notas. Ex quo alterum hoc etiam perspicies, signa ista in infantibus apparentia raro ab imaginatione intensiore, sæpius à repentina casu nasci, de quo vix vñquam mulier cogitatur vel ante vel postea. Quibus & illud addere potes, quod nulla femina infantem suum turpiter notatum pareret, si imaginando imprimeret. Nulla enim cupiditas suum turpi nota insignitum in hanc lucem venire, sed contrarium potius timent, ne inuitis ipsis tale accidat aliquid. Quocirca ipsa luce meridiana clarius est, spiritus imaginationi tunc non seruire, ac prorsus aliud agere, quam appetitus imperarit. Ex quo nullus non intelligit, imaginationis opus non esse, quod aliis ad Medicinam, vitâ nè sunt alij ciuilem, aut militiam propensior nascitur, licet hoc *Non per imaginationem, aliis ad res alias proclives.* Pasculus audacter affirmet. Sinon obedit ergo appetitu

mulieris spiritus intra propriū corp<sup>o</sup> existēs, quōmodo  
me vis credere extra corpus imperata facturū: Contin-  
gunt ista simili ferē modo, quo & consternatio impro-  
uisa, de qua dictum est, & animi deliquia eueniunt: quæ  
nulli acciderent, si voluntati nostræ simpliciter spiritus  
parerent. Ex modò dictis manifestè patet vera esse hęc.

**Quæ consi-** Primum, feminas prægnantes non alios, quam suos pro-  
**derāda sint** prios liberos signare notis illis, de quibus sermo est.  
**in appetitio-** Deinde easdem inuitè suis fœtibus figuræ illas, præser-  
**ne Grauida** tim turpes, imprimere, (nisi si qua fortè quauis bellua  
**rum.** immanior omnem exuit humanitatem) vnicęq; cupe-  
re, vt omni turpitudine carentes pariant. Fabulosum i-

**1** gitur est, quod in lib. de Tartaro affirmat Paracelsus,  
**2** claudos, gibbosos, distortos, alios, ab imaginatione ho-  
minis interioris tales gigni. Etenim nec exterior nec in-  
terior mulier, si modo homo est aliquis talis, cupit infor-  
niem infantem. Tertium, multò tam frequentius tum

**4** facilius per subitos terrores à fœda & terribili specie vi-  
sa tenellos adhuc fœtus notari. Quartum ex recitatis  
infertur, spiritus imaginationi & voluntati hac in par-  
te neutiquam obedire, dū præter & contra matris desi-

**5** deriū fœtus deformant. Quintū, signa talia fermè em-  
bryoni, dum in vtero conformatur, insculpi, quod tum  
materia plena adhuc sit spirituum facilè impressiones  
recipientium. Evidem cum perfectè formatus & gran-  
dior factus est fœtus, non multò minus rgrè formā no-  
uam recipit, quam matris corpus. Tunc enim morbo  
potius aliquo afficitur ex vehementi ac repentina per-  
turbatione, aut prorsus interficitur, aut antè statū tem-  
pus nascitur. At dum informis adhuc est, perfacilè figu-

**6** ra quælibet absq; alia noxa ei imprimunt. Sextum, fieri  
has impressiones à spiritibus subito percussis & inordi-  
natè motis priusquam ratio periculū metiatur: ac pro-  
inde naturalem magis esse hanc motionem, quam vo-  
lunta-

luntariam. Ultimum; nihil ab hoc exemplo causam iu-  
 uari tuam, in qua dicitur imaginationem aliena corpo-  
 ra immutare: quod impossibile esse declaratum est. Hoc  
 autem, tametsi absolute concederetur, amplius nihil  
 probaret, quam ab intensis appetitionibus spiritus in-  
 ordinate moueri, humoresq; perturbari, ex quibus va-  
 ria enascuntur corporis animiq; ægritudines. F V R. In-  
 ter agens, patiens, & instrumentum, conuenientiam re-  
 quiri fatetur etiam Pomponatius. At negat, quod tu af-  
 firmas, non posse alienum corpus ita dispositum esse, ut  
 spirituum alienorum actioni obediatur. Quo posito, non  
 tam est absurdum eius opinio, quam tibi esse videtur. E R.  
 Si quam maximè demonstrari hoc posset, quod impos-  
 sibile ostendimus; absurda nihilominus foret hæc the-  
 sis. Primùm enim constat meam animam nō regere spi-  
 ritus in alieno corpore existentes, nec alius animam in-  
 tra meam pellem contentos mouere spiritus. Etenim  
 cuiusque animæ imperium intra fines proprij corporis  
 coheretur. (Nisi forte cum Plinio libro 7. cap. 52. putas  
 animas nostras etiam desertis suis corporibus expacia-  
 tum ire.) Mouet igitur quælibet intra suum corpus cō-  
 tentos & proprios. Quo pacto ergo mouebit hisce spiri-  
 tibus suis corpus alienum? Evidem non exeunt, aut sal-  
 tem exire non debent congeniti spiritus. Deinde ab ac-  
 re ambiente mox alterantur, corrumpuntur, dissipan-  
 tur, atque ex corpore elapsi sunt. Tertio non habent in  
 se permanentes animæ vires, sed ita fermè illis vtitur a-  
 nimæ, quomodo artifex malleo. Etenim vt lumen Solis vires ani-  
 cum sole abit ac reddit, sic animæ vires spiritib. & mēbris me non ma-  
 præsente anima adsunt, & absente subtrahuntur. Con-  
 stat autem meam animam non impertire aliquid spiri-  
 tibus extra corpus elapsis. Quare vt aliquid accepisse co-  
 gitentur virium, dum in corpore adhuc essent, tamen re-  
 tinere hoc extra corpus non magis possunt, quā aer lu-

men Solis recedente Sole, aut malleus artem fabri ab  
 unte fabro. Demum certius nihil est, quam solos illos  
 spiritus solumq; corpus illud ab anima regi, quod infor-  
 mat & viuiscat. Sanè quoties membrum aliquod ine-  
 ptum redditur ad recipiendam ab anima vitam, ne mo-  
 ueri quidem ab eadem ac regi vñquam poterit. Non  
 mortuum corpus, non alienum, non valde intempera-  
 tum mouere, informare ac regere potest, sed viuū, pro-  
 prium, sibiq; conueniens, quod ipsa sibi fabricarit & vi-  
 uiscarit. Sic spiritus aptè mouet solos illos, quos ipsa si-  
 bi aptos genuit: & ne his quidem rectè vtitur, cum sunt  
 per occasionem quamlibet inepti facti. Non ergo con-  
 uenire ipsius motibus & actionibus alijs possunt, quam  
 quos ipsa sibi ex congruente & familiari corporis à se in-  
 formati materia genuit. Et vt maximè imaginemur, vel  
 aliorū spiritus ad nos migrare, vel nostros ad alias tran-  
 sire, tamen non poterunt illi vel mouere animam, ad  
 quam appulerunt, nisi speciem intellectui aut phanta-  
 siæ, quam alibi acceperunt, simul illæsam transporta-  
 rint. Animæ quoq; peregrinis istis spiritibus non magis  
 vti possunt, quam aere in corpus subeunte quolibet.  
 Grauissima igitur ratione, (quæ multò plus habet, quam  
 habere videatur, ponderis) motus Aristoteles antiquos  
 reprehendit de corpore animam recipiente nihil des-  
 nientes. Quocirca modis omnibus insulsa, vana, stolida,  
 falsa, inepta est Pomponatij phantasia, non flagris mo-  
 do ejcienda, sed diris execrationibus explodenda. FVR.  
 Nihil hic quæro amplius. De gulonum appetentia bre-  
 De Gulonū uiter aueo scire quid sentias. ER. De gulonum saliuā  
 appetentia. non est, cur aliud dicam, quam vt te moneam, ne saliuā  
 istam veritatis saporem adulterare tibi patiare. Si quid  
 aliquando accidit huius generis, tale certè fuit, quale A-  
 ristoteles recenset in lib. de diuinat. per somnum his ver-  
 bis. Arbitramur fulgura cadere & tonitrua fieri, paruis  
 sonis

PARS PRIMA

vii

sonis in auribus factis, melle quoq; & dulcibus saporibus perfundi linguam tenui phlegmate destillante. Qui enim tanta vehementia aliquid imaginantur, n̄ velut dormientes decipi facile possunt. FVR. Quid ergo? an *An mestram etiam menstruatas mulieres polita specula, si proprius te mulieres intueantur, sanguinca nube spiritibus ex oculis emissis specula insp* respurgere negabis? ER. Omnidò. Quippe nō possunt *ciant.*

spiritus in oculis à vaporibus ex sanguine menstruo ele uatis ita tingi, vt colore sanguineo specula quantumuis nitida pingant. Purissimos esse ac manere hos oportet. Deinde quis credat spiritus adeò confertim ex oculis erumpere, vt velut nube quadam specula cooperiant?

Haud diu viuere posset animal, & sèpè linqueret nos animus, cum intentè aliquid inspicimus, si tot simul spiritus euolarent, sine quibus anima in corpore habitare nullo pacto potest. Quot per alios corporis meatus patentes & plures exhibunt, si rāta copia ex oculis effundit? Ego tibi dico, visionem fieri receptione specierū, *Vision fit re* non eiectione spirituum, qui animali rectè affecto non *ceptione.* excunt extra corpus, sed intra ipsum animè tantisper ser uiunt, dum attenuati resoluantur. Cum exeunt, non est *Exodus spiri* magis naturæ congruens hic motus eorum, quam san- *tum est cō* guinis effluxus per nares aut partes alias. Nego igitur *transnaturā.*

tingi specula. Deinde si tingantur, à spiritibus vel ab oculis vel alijs partibus procurrentibus nego tingi. Si fit, à vaporibus ex naribus, ore, partibus alijs egredientibus fit. Experiri poteris, si modo libet, cum & vxorem habeas & filias nubiles. Iube tempore mensium intentè proximeq; contueri se in tersissimis speculis quamdiu voleas. (Caue tantum ne ore aut naribus afflent) ac mox vi debis, quas nobis, non nubes, sed nugas offundant in re clarissima & exploratu facilima viri aliás summi. Quin imò videbis apertè aliquando adhelitu maculari, cum spiritum non continēt, at rubro colore tingi nō videbis.

Quomodo verò tingat halitus ipse non tintus? Sed cito, pingant speculum rubro colore cruenti halitus à sanguine agitato eleuati? Sieut nullus miratur igne calefacere calorem in se habentem, ac putridas venetasque expirationes putrefacere ac venenare, dum has qualitates in se continent, sic mirari nullus debet rubros vapores rubro colore inficere. Hoc admirabile est, spiritus sola specie, quæ reale nihil est, pictos, res producere, quarum in se habent, non vires, sed speciem seu imaginem tantum spiritualēm, idq; in corpore peregrino & fæpe multum distante, cum halitus menstruatarū per qualitatem realem negent nitidissima specula contaminare, nisi proximè astent ad specula mulieres. Ingenue fateor, me non videre, cur si sanguis ponatur agitari alio quoq; tempore, necessarium sit specula magis infici sanguine per fluxum mensium cōmoto, quam per causas alias turbato. Non enim sentio tantam in menstruus nō tā struo sanguine, ex quo ferè solo fœtum formari aliisque noxiis est, certum est, malitiam inesse, quantam nonnulli, (& cum quam pula his Paracelsus vester, qui in lib. de matrice omnium Veterum nonorum nocentissimum esse scribit,) ei falso adscribunt. FVR. Veruntamen cum ophthalmicos & lippos constet oculos fixè intuentium inquinare, non videtur à veritate dissentaneum, quod de speculorum infectione scribitur. Sed & Basiliscos ferunt visu quoslibet occidere per Venenosos radios ex oculis emissos. E.R. Quod Fabula de ad Basiliscos attinet, videris ipse pro fabulis nō habere, Basiliscis quæ de eis circumferuntur. Nostri puto, quid annis supereritatur. rioribus in illustri imperij vrbe circa hanc materiā contigerit. Si sunt hi serpentes in rerum natura (de qua remnes omnium seculorum prudentes & nō nimis credulos dubitanisse video,) species sui producere possunt instar visilium aliorum. Oculis si nocent, per halitus venenosos exeuntes nocent, non per spiritus. Quanquam verisi-

verisimilius dicatur per sibilum & expirationem ex ore  
pernitiosam lēdere. Tam, puto, vera est tota historia, seu  
potius fabula, quam credibile est quod additur, eos, si in  
speculo aut vitro obiecto se ipsos videant, occumbere.  
Etenim nil nisi speciem in vitro vident, quæ nihil aliud  
potest, quam repræsentare. Et Venenatam si concedere  
mus, exitiosa tamen Basilisco non foret, cum familiare  
contineret venenum, quod paulo ante ex eius oculis ex  
iisset. Insignes ergo fabulae imperitorumq; hominū fig-  
menta sunt, quæ de his rebus authores non ignobiles  
imprudenter tradiderunt. Ophthalmia laborantes san- Ophthalmi  
guinem in oculorum membranis multum & putridū *ci cur alios*  
infarctum habent, quem per halitum dissolui oportet, *inquietum*.  
cum præter naturam eum in locum collectus fuerit. Hi  
ergo putres spiritus ex oculo expirantes oculum tene-  
tiorem possunt offendere cōtagione, quemadmodum  
& lipporum oculi, vt qui pleni visantur muco & putri-  
dishumorib⁹. At in menstruatis sanguis in oculis nul-  
lus est præter naturam aceruatus. Sed nec in ventricu-  
los cerebri per id temporis sanguis effunditur, qui spiri-  
tus per oculos profuentes: ibidem deinde tingat. Mul-  
tò magis petit itas corporis partes, atque ad vteri fer-  
tur regionem. Adde, quod sanguis in vaporem solutus  
ita subtilem & tenuem, vt citra impedimentum misce-  
ri cum spiritibus visioni destinatis possit, non amplius  
ad eo ruber est, vt obiecta corpora purpureo colore ma-  
culet. FVR. Nolo hic laborare. Quoniam vt alia om- De fascino  
*disputatio.*  
nia neges, fascinationem tamen te non negaturum pla-  
nē mihi persuadeo. ER. Si fascinare est sola vehemen-  
tia imaginationis cum intensa cupiditate nocendi ali-  
quem extra se lādere inspicio aut male precando,  
nego tibi in cunctanter hominem ab homine fascinari  
posse. Satis, arbitror, demonstratum hoc fuit, cum ima-  
ginationē extra animal nihil posse ostendimus, & quod

eius in corpore proprio officiū sit pariter exposuimus  
 FVR. Mira res, nec Plinio, nec Gellio, nec Solino, nec He  
 liodoro, nec Plutarcho, nec alijs, vt video, fidem habes.  
 Hi namq; authores manifestè fascinationem affirmāt.  
 Etenim cum Solino Gell.lib.9.cap.4.in Africa scribit ho  
 mines extitisse, qui si segetes, arbores, pecudes, homi  
 nes, impensis laudauissent, certò emortuas fuisse, ta  
 metis interitus causā alia adfuisse nulla. Heliodorus  
 causam esse ait aerem ambientem, qualitates, quibus  
 imbutus est, ad viscera intus condita deferentem. Sic  
 multi pestis correpti sunt contagio, qui ægrotanti non  
 adfuerunt. Refert idem vna cum Plutarcho Charadiū  
 auem, quam aliqui putant Isterum seu Galgulum no  
 stram esse, ab isterico visam croceam bilem ad se attra  
 here morboq; laborantem liberare. Quinetiam inuidi  
 am tabēfacere contendit Plutarchus hac ratione, qua  
 corpus contaminet proprium, ex quo deinde effluvia  
 ad alios perueniant, eosq; lædant. De fascino herbę Erin  
 gij, si capra in ore teneat, ne referre quidem audeo, qux  
 idem autor narrat, non semel tantum. Quid Plinius lib.  
 7.cap.2.de Triballis, mulieribus Scythicis, & alijs Pon  
 tum incolentibus, quos cum Plutarcho Thebias nomi  
 nat, ac mergi etiam veste degrauatas posse negat, scio te  
 non ignorare. ER. Ad Heliodori fabulas non est, cura  
 liquid dicam. Sed & ipse causam referens in aerem am  
 bientem seminain se pestis aliorumque contagiosorū  
 morborum continentem, ac per organa sensuum ad vi  
 scera deducentem, non pugnat cum sententia nostra.  
 Gellij fabulas tu quoque, puto,rides. Quis enim animo  
 concipiatur segetes, arbores, animalia, quia laudentur ab  
 aliquo, interire? Plus coloris habet, cum ab iratis oculis  
 mali quipq;iam effluere dicunt. Ego profectō ne imagi  
 nari quidem possum, quomodo excusem verisimili ali  
 qua interpretatione. Si per assistentem Dei potentiam fa  
 ctum

*Heliodori  
confutatio.*

*Gellius fa  
bulatur de  
fascino.*

Qum dicas, castigare sic aliquos volentis, illud obstat,  
 quod familiarum hoc proprium & perpetuum fuissere  
 ferunt. Deus autem non sic dona sua largitur, sed nec A-  
 postoli nec alij sancti homines miracula edere, quoties  
 libuit, potuere, sed quoties, quando, quomodo, Deo pla-  
 cuit. Si propter crudelem trucemque contuitum terri-  
 tot quodam, nempe teneriores infantulos, & ad mor-  
 bum propensos paratosq; morbo correptos fuisse dica-  
 mus. (Non enim videtur impossibile, ut ex fœdo & tru-  
 culento turpis iratæq; anus intentiore aspectu infantu-  
 tulæ lædi-  
 lus aliquis territetur, & hac occasione ægrotare incipi-  
 at, maximè si ad morbum prius dispositus fuerit) obstat contingat.  
 non illud solum, quod etiam adultos infici putarunt,  
 sed in primis hoc, quod plantas corrumpi, in quas pa-  
 uor ac terror cadere nullus potest, aiunt. Quod hoc pa-  
 sto aliqui possint fascinari, videtur Aristoteles quoque  
 sensisse 20. Problem cum quærerit, cur ruta fascinationes  
 putetur arcere. Ostendunt illa quoque tempore pestis  
 quæ videmus euenire. FVR. Quid verò si dicamus no-  
 xios & exitiosos spiritus ex illorum oculis erumpentes  
 malorum effectores esse? E R. Hac de re mox agetur,  
 nunc reliqua æstimabimus. Plinio si velimus ex menda-  
 cissimis Græculis plausta mendaciorum trāscribenti si Plinius ex  
 dem habere, nihil tam fuit vel à Deo vel ab hominibus Græcis men-  
 falsum & absurdum iudicatum, quod non verum & pul-dacia pluri-  
 chrum cogamur censere. Credere nos oportebit mor-ma transcri-  
 tuum & arefactum pulegium de trabe suspensum circa pfit.  
 brumam vitam recipere floresq; emittere. Herbam itē  
 Balim à Xantho quodam nominatam draconis catulū  
 occisum ad vitam reuocasse: eadem Tillonem quēdam  
 à Dracone interfectum ab orco ad superos rediectū fuis-  
 se. Quinetiam herbam aliam Iubam mortuo iam homi-  
 ni vitam restituisse. Verūm hæc atq; alia his quoq; cras-  
 flora & absurdiora mendacia nunc te iubeo sinere, &

cuiusmodi illa sint, quæ in citato abs te loco legimus,  
tantum perpendere, quo videoas indigna esse, in quibus  
confutandis longiorem operam ponamus, ut quæ à se-  
*Homo quo* ipsis præclarè euertantur. Meministe nos decet Deum  
modo à Deo fecisse hominem inermem & nudum, à deoq; politi-  
*factus sit.* & socialem, non ferum, truculentum, crudelem, minas-  
cadesq; proximi spirantem. Quinimò non tantum ani-  
mis nostris inferuit, ac nobiscum nasci voluit, sed insu-  
per seuerissimis legibus cauit, ne quis alios offenderet.  
Quæ ergo dementia sit credere, aliquos à Deo factos es-  
se, qui ex oculis præsentissimum venenum, lingua etiā  
& voce interitum adferant alij? Magna, crede mihi, &  
detestanda est hæc superstitione, in multorum animis e-  
tiamnum radices habens. FVR. Probabilem videtur  
facere opinionem Plinij, quod geminas in oculis pupil-  
las haberent veneficæ illæ mulieres: quod etiam Cicero  
asseruit. ER. Gemina pupilla nihil amplius potest vna  
simplice, nisi quod geminam recipit speciem, sicut am-  
bo in homine oculi, duas, nempe singuli singulas reci-  
piunt species: quas tamen anima velut vnam vnius rei  
speciem iudicat. Dictum & demonstratum est ab Aristotle,  
eiusq; sectatoribus, visionem fieri specierum rece-  
ptione, non autem spirituum aut radiorum emissione.  
Quod etiam si fieret, non tamen ex hoc sequeretur, plu-  
res ex duabus in uno oculo contentis pupillis, quam ex  
vnica, spiritus euolare. Quippe non in oculis genera-  
tur, sed per opticum neruum infunduntur spiritus. Po-  
test proinde oculus ex gemina constare pupilla, ut inte-  
rim nerus opticus ad oculum illum perueniens neq;  
duplicatus sit, neq; solito maior. Hoc verisimilius est,  
quia tales oculi horrifici sunt ac fœdi, præsertim in ira-  
ta & turpi vetula, tenellos aliquos puerulos ad morbus  
paratos, ex aspectu talium territos in morbum incidis-  
se: in quem paulo post ob aliam fortasse occasionem in-  
cidissent.

cidissent. Quis nescit Strabos, præsertim terribiles & v<sup>e</sup>c strabi ter-  
luti micantes oculos habentes, si iratè intentis oculis a- rēt aspectu.  
spiciant puerulum aut aliās pūsillanimem, terrorem in-  
cutere? Scio felium, noctuarum, & aliorū quorundam  
animalium lucentes oculos in tenebris etiam cordatos  
viros terruisse. Quis in morbido & meticulo so miretur  
confestationem causam procatarecticam &  $\omega\mu\phi\pi\sigma\pi$ ,  
vt Hippocrates vocat, morbi alicuius fieri? Equidem  
vulgus nostrum vix alias causas admittit morborum,  
quam iram, dolorem, pauorem, terrorem, & similes ali-  
as animi subitas perturbatiōes. Profectò vix reperias ali-  
quam ætate matura feminam, quæ non animaduerte-  
rit aliquando infantulos prædicto medo territos in ciu-  
latum prorumpere, & nonnunquam contremiscere.

F V R. Inficiari nullus potest, quin vsuueniat hoc mul-  
tis, ideoq; non negabo, illas etiam vetulas hac ratione  
effascinauisse aliquos, si tamen in rerum natura tales ali-  
quæ uixerunt. Sed ad Plutarchum quid respondes? ER.  
Plutarchus pro more suo recitat cum suam tum aliorū Opinio Plu-  
opinionem. Cūm ad probationem est deuentum in à- tarchi de fa-  
 $\omega\mu\phi\pi\sigma\pi$  refert causam, quas tantū non animatas & con- scinatione  
filio voluntateq; agere statuit. Quod quia per se est ridi- refellitur.  
culum, & à nobis suprà firmissime confutatum, meritò  
nunc negligimus. Causam certè nullam poterit adferre  
cur suas imaginationes Democriti Idolis præferat. Quo  
modo enim & per q̄ defluuia bilē ex nostris corporibus  
ad se p̄trahet? Et hoc dato, nō tollitur tamē morb. q̄ est  
iecinoris intēperies vel obstructio. Quæ res mittit aut  
defert illa effluuia ad nos, si nō aspicit Charadrius egrū?  
Debet enim vt aiūt, auertere oculos. Quomodo etiā bi-  
lis sub cute toti<sup>9</sup> corgis retēta ad oculos trāsit? Iam q̄ de  
mutuo amantiū aspectu refert, huc nullo pacto aptari  
possūt. Quippe nō disputam<sup>9</sup> nos de affectionib. animi  
pprio corpori mutationē parientib. sed hoc querimus,

an alienum corpus conturbent, ac per se lèdant. **Cörpera & animos amantium non afficit aspectus amati, sed proprius amor, seu potius insanias.** Finge enim amatum aspicere amantem, ut nesciat se aspici, nihil tunc patietur. Si se aspici videat, nō quia videtur, afficitur, sed quia videt ipse, nec rectè iudicat, quæ videt, patitur. Quippe multi alij cum eundem videant, & ab eodem quoq; videantur, non tamen commouentur, quod aliter, quam fatuus ille, iudicet. Vnusquisq; sui erroris ac morbi causa ipsem est, non alijs. Quippe non recipit amorem, quo amatus fortè amat, sed speciem formæ tantum recipit, quam venustiorem putat esse alij. Ideo neq; cœci, neq; infantes, neq; alij abhorrentes à talibus, vllain re mutantur, siue inspiciant ipsi alios, siue conspiciantur ab alijs. **FVR.** At videtur Plutarchus vna cum alijs cōpluribus causam ponere ἀπόρροιας seu defluxus quosdā exitiosæ qualitatis participes, à quorum contactu spiritus humoresq; aliorum corporum corrumpantur. **ER.** Nunquam negaui aliquid ex corporibus certorum hominum noxij expirare, alienaq; corpora inquinare. Quā rem si fascinationem placet nominare, non de re, sed de nomine lis fuerit. Fascino affinis quidem est infectio talis: at proprius accedit prior illa nuper exposita. Cum aliquid contagiosi ex corporibus scabie, lepra, elephantiasi, phthisi, pestēue affectis exhalat, contagium nominamus, fascinum esse nequaquam dicimus. Quippe fascinatur effasciatur fermè putantur, quibus morbus aliquis infligitur nari. ab alio, (qui eodem illo malo non labore tamen) impunctione seu optatione, imaginatione, præcipue verò oculorum inspectione. Ex contagio autem natus dicitur Morbi ex contagio. morbus, cum putri & contagioso morbo laborans noxijs halitibus simili alios morbo afficit. Et fascinantes quidem illos solos lèdere, quos oculis & contagione sua prius designarunt, cæteris plerunq; nihil nocere creduntur.

duntur. E diuerso autem contagioso morbo correpti  
obuios quoslibet, quibus putrida exhalatio vel foris in-  
cidit, vel intus adhæsit, in primis autem charissimos  
quosq; coniugem, liberos, fratres, amicos, domesticos,  
quo scilicet temperamento unusquisq; est similior, co-  
inquinat. Conueniunt vtriq; in eo, quod neutri venenū In quo con-  
ueniant cō-  
tagium &  
fascinatio .  
aut exitiosum pharmacum offerendo nocent. Differūt  
autem, quod fascinatores scientes, prudentes, volentes,  
vt vulgò creditur, pernitiem procurant certis homini-  
bus solum, quibus videlicet malum destinarunt. alteri  
vero nescientes & nolentes offendunt ad se accedentes.  
Adde & hoc, quod fascinatores maximè oculorum spi-  
ritibus existimantur incommodare, quasi causa mali in  
imaginatione seu cerebro præcipue habitet, cum conta-  
giosis origo & fons mali in parte qualibet, ac in toto eti-  
am corpore consistere possit. Præterea non nocent hi, ni  
si putris halitus intra corporis meatus recipiatur, illi au-  
tem quos volunt offendunt, si vel solas eorum vestes at-  
tigerint. Deniq; contagio lædens prior ipse læsus est, &  
ex putri humore putrem expirat halitum: fascinatores  
autem non est necesse malè affectos esse: ac proinde spi-  
ritus non habent putres & per se noxios. Si enim tales  
essent, absque discrimine pernitosi essent omnibus. At-  
qui nullis incommodant alijs, quam quibus incommo-  
dare desiderant. Fiunt igitur pestiferi per voluntatem fa-  
scinatoris, in se ipsis tales non sunt. Quocirca plurimum  
discrepant fascinum & contagium. FVR. Si recte perce-  
pi te, ex tribus modis, quibus lædi homines tanquam fa-  
scino possint, vnum solum propriè fascinationem appellat Tres modi  
sunt fascina-  
tionis sim-  
iles.

landum putas. Primus & frequentissimus est, cum quis tetram & putridam exhalationem expirat, que corpora, 1  
quibus fortè inhæserit simili vitio contaminare possit,  
siue id velit siue nolit æger. Hunc modum contagii vo-  
cabas. Alter est rarius, cum quis à tetro & horrifico infor- 2

mis & iratæ aniculæ vel alterius intuitu terrore percelli  
tur, eaq; occasione in morbum incidit, qualis qualis ille  
**3** sit. Hunc tu modum innominatum reliquisti. Tertius,  
quem demum fascinationem vocari posse censes, cum  
quis voluntate & electione certo & designato homini  
studet oculis, voce, tactu, nocere, alia re nulla adhibita.  
Video quidem hos modos aperte differentes esse, vt v-  
na definitione comprehendи nequeant: ac proinde fasci-  
nationem tertij modi nullam esse concedo, siquidem  
absq; interuētu spirituum fieri ponatur. Sin autem inter-  
cedentibus spiritibus, quod plerisq; omnibus visum fu-  
it, fieri statuatur, assentiri tibi nondum possum. ER. Re-  
*An spiritus* Cte dicis permultos affirmare fascinationis vehiculum  
*fascini sint* esse spiritus, quod ex eo accidit, quod non distinxerunt  
*vehiculum.* inter fascinum propriè dictum, & contagium, quod sub  
fascino complexi sunt. Etenim vel intelligunt per spiri-  
tus vapores & effluxus quoslibet, vel propriè vocatos  
spiritus, præsertim animales, cum ex oculis exire potissi-  
mum videantur. Si vapores intelligunt ex putridis & sor-  
didis corporibus aut succis exhalantes, contagium est,  
non fascinatio. Quippe eleuantur ex quo quis loco putre-  
dinem in se continente, & per omnes corporis aut cutis  
meatus effluunt, non ex solis oculis prodeunt: nec pa-  
rent virtuti corpus regenti, vt vnum certum ac designa-  
tum potius hominem, quam obuium quemlibet inua-  
dant ac lèdant. Quoniam si posset eos natura regere, nū  
quam permisisset corrupti. Postquam corrupti sunt i-  
psa inuita & resistente, pro adepta qualitate etiam agūt,  
præsertim extra corpus eiecti. Quis enim sic deliret, vt  
opinetur naturam, quæ utiles & bonos succos non po-  
tuit à putredine præseruare, iam putrefactos, rebelles, i-  
nimicos, exitialesq; factos regere, & quo velit extra cor-  
pus dirigere? Evidem nimis sāpe videmus eam nōdum  
putrefactos, sed vel intemperatores redditos solum, vel  
aliás

alias turbatos non regere sicut prius. FVR. Tu perinde loqueris, ac si effluentes halitus contagiosos necesse sit putridos esse. At neq; hoc verum est, nec putridi oēs sunt cōtagiosi. Responderi ergo hic potest, vapores fasci *An contagi-  
nantes nec dum putridos esse, sed naturæ gubernanti ad giosi halit⁹*  
huc obedire. *Quinimò per ipsos forte spiritus animales putridi sint*  
speciem fascini in se habentes desiderium suum exequi- *semper.*  
tur Anima. E R. Nihil facile dixeris à veritate alienius,  
quām spiritus primarium animæ instrumentum ab ea-  
dem extra corpus emitti, vt ibi instar apparitoris iussa e-  
ius exequantur. Seruare eos intra corpus ynicè studet,  
vt sine quibus nec agere aliquid nec in corpore perma-  
nere possit. Quin dico tibi, spiritus neq; factos ad hoc, vt  
exeat, sed vt animæ corpus informanti seruant, neque  
cum impressa specie operis exequendi exire posse. Quo-  
niā plurimos simul exire oportet, si & speciē deferre,  
& secundum hanc alienum corpus mutare debent. Ad-  
uersus hanc opinionem faciunt argumenta omnia, quæ  
Philosophi contra illos excogitarunt, qui visionem spiri-  
tum ex oculis emissione fieri opinati sunt: quæ hic recen-  
sere nimis longum foret, atq; inutile. Quis enim credat  
spiritus tenues, subtiles, mobiles, imò per momenta ge-  
nerabiles & corruptibles, extra corpus exire, & nō mox  
dissolui? An non affectus animi vehementior, dolor aspe-  
rior, euacuatio copiosior, inuita & repugnante anima eos  
sep̄ dissipat adeo, vt animal collabatur, & dum recolli-  
gantur mortuo quam viuo similius videatur? Et qui in  
corpore existentes tam facile disiiciuntur, animæq; im-  
perio subtrahuntur, hos ne putabimus extra corpus per  
aerem integros & coniunctos ferri, atq; animæ absentis  
mandatis parere? Quærendum insuper est, quem his iti- *Dux ince-  
neris ducem præficiamus. Non enim suapte natura, pu-  
ris spiritib.  
to, in hospitium certum designatumq; in aliud nullum, *quarēdus.*  
absque errore concedent: nisi forte Mopsoſ aut Tages*

quosdam, ut scitè ait Scaliger, eos facias, qui diuinent locum, in quem debeant diuertere. Hæret hoc in loco mirabiliter Pomponatius, in cap. io. libri sui de Incantationibus, & palam fatetur, quæstionem hanc omnino difficillimam. Postquam anxiè solliciteq; omnia tentauit, versus finem capitinis virtutem definiendi instrumento tribuit. Qui infelicitus illius disputationis plura videtur, apud autorem hunc ipse legat: nos neq; ab anima fascinantis, neq; ab eo, qui fascinum pati debebat, neq; ipsos à seipsis dirigi posse breuiter aperteq; communistrabimus. Quod non possit anima fascinatōris hoc prestatere, patet ex eo, quod nō sic afficit anima vlla suos spiritus, ut eis vires suas communicet hoc modo, ut in eisdem fixæ durabilesq; perseverent. Etenim ut Sol aerem illuminans nihil ei abiens luminis relinquit, sic anima spiritibus assistens eosq; mouens afficit, nihil eis virtutis suæ, cum mouere desinit, derelinquens. Si namq; virtus animæ propria in re alia fixè inhærere posset, possent res inanimatæ rei animatæ siue animæ opera exercere. Esse porrò spiritus extra corpus existentes inanimatos, nullus, arbitror, dubitat. Quippe anima qualibet corporis certi forma, non est extra illud, donec ipsum informat. Quocirca longè absurdius diceretur spiritus extra corpus per aerem delati animæ virtutē hanc retinere affixam, quam si culter per assistentem artificis potestatem agens, artemq; in se permanentem nullam retinens ab artifice remotus, artem sculpendi stabilem retinuisse, & per se eā exercere posse diceretur. Sed nec virtute patientis animæ attrahuntur. Primum quidem, quia neq; attrahit neq; mouet anima spiritum alienum, sed suum. Deinde si posset attrahere, non tamē scire posset, vbi & quando in aere erraret, sui attractio nem ab anima certa expectans. Nam si à qualibet attrahi posset, sœpè erraret necessario, nec diuerteret in locum

Pomponia  
tijhesitatio

*spiritus ex  
tra corpus  
non sunt a  
nimæ in  
strumen  
tum.*

eum, in quo imperata exequi fuisset iussus. Deniq; si sci-  
 ret, multò minus attraheret, ne sibimet ipsi interitum  
 pernitiemq; procuraret. Hoc enim agit cuiusq; corpo-  
 ris forma, vt subiectum suum, & in eodem seipsum con-  
 seruet. Quod si animæ attrahenti obediat, fascinum ex-  
 uer, malefacereq; desinet: aut quamprimum instar in-  
 grati & malefici hospitis rursus exturbabitur. Iam quod,  
 nec proprijs viribus suis locum p̄finitum quærere in-  
 uenireque, & contra occurrentis aeris iniurias se tueri  
 possit, & per se notum est, & ex modo dictis perspicue  
 liquideq; patet. Evidem si in se haberent spiritus po- *Spiritus nō*  
 testatem seipso ad locum determinatum conferendi posset per  
 seu dirigendi, inq; eo res imperatas exequendi, adeoq; *seipso in-*  
 corpora aliena ad arbitrium aliis animæ mouēdi, quis *uenire locū*  
 ambigat, quin rationis participes esse oporteret? At ve- *designatū.*  
 rò nec animati esse possunt extra corpus, nec exire ex  
 corpore suo debent. (Ab Anima certè recte corpus gu-  
 bernante nunquam expelluntur,) nec exeuntes se serua-  
 re possunt. Relinquitur ergo impossibilem esse modum  
 hunc per emissos spiritus fascinandi. FVR. Esto, non  
 exeat spiritus, an propterea nihil reperiatur, à quo fa-  
 scinum transportetur? E.R. Nihil, quoniam affectus &  
 qualitates sine corpore, in quo insunt, trāsire est impos-  
 sibile. Id autem, quo lāditur aliquis per fascinationem,  
 est qualitas aut affectus quispiam. Quare necessarium  
 est, vt cum aliquo corpore transmette ex insufficientis cor-  
 pore effluente. Effluvia porrò corporis nostri naturali- *Effluvia*  
 ter habentis, sunt expirationes eleuatæ à substantia mē corporum  
 brorum dissipata, & ab humoribus attenuatis, inq; hali *que sunt.*  
 tum conuersis, ijs præsertim, qui vel copia vel qualitate  
 naturæ molestiam exhibit, corrigi q; ab ea nequeant.  
 Insitus enim in singulis membris calor, dum nutritio-  
 nis opera perficit, partes aliquas in halitum vertit, & v-  
 na cum excrémentis in vaporem extenuatis per omnes

cutis meatus propellit. In morbis aliquando noxios succos confertim, priusquam sic attenuati sint, ut per halitum seu transpirationem insensibilem digeri excludi possint, extra corpus protrudit. Cum extra id eiecit, longius non pellit, nec amplius regit. Præter hæc nihil ex corporibus nostris anima volente & procurante, modo non sit impedita, egreditur. Spiritus non expellit, sed velut necessarios ad omnes naturę actiones studiose conservat, quantum potest. FVR. Hoc iam intellexi, at illud tamen consequi non video, effluere nihil præter tuos illos putridos vapores contagij deportatores. ER. Fateor expirare quotidie multos halitus ex omnibus partibus benignos & putredinis noxiæ expertes. Verum multò grauius impingit, qui his, quam qui spiritibus animalibus eam facultatem assignat. Etenim si fascinat imaginatio fixa cum vehementे nocendi libidine coniuncta, transmitti ab his noxiæ speciem oportet. Quare necessarium est, si halitus isti traducunt, ut impressam eam prius ab anima in se habeant. Ipsi enim sibi ipsi eam neque fabricari, neque ab alio fabricatam impnere valent. Iam vero certò est certius animam suarum conceptionum & imaginationum species exprimere primò in spiritu, præsertim phantastico, minimè omnium in vaporibus illis effingere, qui ex dissipatis humoribus aut partium substantia soluta profluunt. Cuius rei causas in præsentia duas afferam. Prima est, quod eiusmodi vapores excrementa sunt, siue à partium substantia dissipata, siue ab humoribus & excrementis alijs attenuatis eleuati cogitentur. Etenim cum pars aliqua in halitum soluta est, excrementum inutilis siue facta est. Cæterum excrementa studet anima vacuare, nō autem cogitationum suarum imaginibus exornare. Altera, quod anima non format eiusmodi species in toto corpore, sed in idoneo instrumento tantum, quemadmodum

dum visionem nullibi quam in oculis exercet. At vapo-  
res isti ex toto corpore erūpunt, ex oculis minima pars  
prodit. Magis ergo consentaneè loquuntur, qui spiri- *Cur spiriti*  
tus fascinantes ex oculis educunt, vt qui ex cerebro & i- *effascinans*  
maginationis loco promanare possint. Patet ex his trāf- *tes ex ocu-*  
iectores specierum neutiquā esse vapores ex toto cor- *lis educat.*  
pore emanantes. Manifestum & què est, ne spiritus qui-  
dem eadem transferre, vt qui transmigrare ipſi quoq;  
non possint. Sed nec per se ipsas transuolant. Et si quām  
maxime transilire possent, aliud tamen agere, quam re-  
præsentare nihil possent. Falsum igitur sit necesse pror-  
sus est, quicquid de fascinatione, inuidiæ, amoris, odij, &  
imaginationis homines superstitioni cum Paracelso de-  
blaterant. FVR. Non hoc volo, animi affectus ex uno in  
alium per fascinationem transfundi, neq; autores talia  
affirmantes ob id citaui, verū ob eam causam solum  
adduxi, vt sic facilius fides fascinationi fieret, qua tū ani-  
culæ tum alij quidam ferūtur præcipue tenellos adhuc  
infantes emissione vaporū pernitosorum tabefacere,  
aut morbis alijs immissis excruciare. ER. Nihilo melior  
hæc illa sententia est. Nam si vapor transiens non per  
impressam speciem, sed acquisitam qualitatem morbo-  
sam corpus, cui adhæsit, corrumpit, prior ipse qualitate  
tali affectus fuit. Non enim potest affectus morbosus,  
qui in me est, alij cuiquam communicari, nisi aliquod ex  
me corpus affectionis eiusdem particeps trāsmigret in  
alterum. FVR. Nego tibi perpetuum hoc esse, vt qui per  
expirationem alium inficit, codem prius morbo labo-  
ret. Per multi enim peste non laborantes, peste alias in-  
quinarunt. ER. Scio pannos & animalia nonnunquam  
pestem inferre in domum aliquam, cum ipsa non ægro-  
tent. Ac etiam contaminat alios, morbum ipse nō sen-  
tient. Nos de ihs non loquimur, sed de hominibus. Non  
potest, inquam, homo venenatum expirare vaporem, si

venenati nihil intra se habeat. Si expiratio non in homine, sed extra ipsum exitiosam acquisierit qualitatē, non is, ex quo prodīt, contagij fuit effector. Si veste sua, vel animal pilis semina pestis excepit, & presente alio excusit, qui ab Ihs est Iesus, rectē dicetur ille talis peste non laborasse, at ille tamen laborauit, à quo semina illa profecta sunt, vestesque habuit in se mali semina habentes. Quod si eadem illa semina cute aut corpore sic exceperit, quomodo vestibus excepit, laborauisset eodem modo, nisi natura fortior prius à se repulisset. Apparet huius rei veritas ex eo, quod peste affecti, si venenum laborantis natura euicerit, cohabitantes & proprius accedentes nihilo magis contaminant, quam si alijs putrida febre laborarent. Vapor ergo alios venenans, si qualitatem malignam in corpore, ex quo expirauit, adeptus est, à simili qualitate in parte aliqua una pluribus uec inhærentibus acquisiuit. Quæ si non æquè fuit in priore manifesta gratia & saua, ut in postea affecto temperamenti qualitati & viribus maioribus acceptum referri debet. Sæpe namque morbus idem in diversis non eadem vi sœvit, sed in alijs mitior, in alijs crudelior esse videtur. Ceterum affectuum illa communicatio per evaportantem spiritum facta contagium vocatur, non fascinatio, ut ex superioribus liquet. Præterea constat ex eisdem, minus ex oculis expirare talium vaporum, quam ex alijs partibus, nisi forte soli oculi aut plus alijs partibus ægrotent, sicut in ophthalmis vsuuerit. Probatum & illud est, vapores hosce non posse ad certum dirigi locum hominem, nec vni noxios, alij vero innoxios, sed omnibus æquè exitiosos esse, nisi quantum cuiusque temperamentum naturaque resistunt. Non ergo ab his afficitur hic, non alijs, quia is, à quo vapor effluxit, illum, non hunc, voluerit affici, sed quia prærior ad morbum fuit.

suit. Postremò non potest, è quo exeunt, corruptis vaporibus imperare, vt in hanc potius, quam aliam regionem ferantur, certoque homini, alijs illæsis, noceant. Quod si in potestate nostra esset, nulla vnquam contagione infici pateremur, quos amamus: nec per stis tempore quisquam liberos atque alios alegaret in loca tutiora. FVRN. Volebam querere, cur, cum contagiosos vapores putridos dixeris, non omnes putridi spiritus contagione foedent: sed quia responsio partim ex septimo problem. Aristotel. partim ex dictis perspicitur, libens omitto. Confiteor interim, me argumentis tuis adactum in tuam sententiam ire animo & pedibus, scilicet nullam esse fascinationem, quæ propriètate nulle est. Sic vocetur, sed ab alterum duorum modorum reduci posse, quæ alij fascino adscripsere. ERA. Sic habet res, quotiens ab hominibus tale quippiam factum est, aut fit. Nam quod ab alia maioreque virtute homini assistente peragitur, et si ab homine id perfectum putetur, & fascination ab imperitis vocetur, fascination tamen non est, nec dici meretur, vt ex eius notione satis est declaratum. Malè audiuit hoc nomine Moses, Prophetæ, Apostoli, sancti alij complures viri, vt ex Gentilium scriptorum lectione probatur, cum ex aliena virtute miracula & prodigia ediderint, quæ stultagentilitas magica potestate perfecta putauit. Simili modo hallucinantur & illi, qui, quæ perdit quidam homines per dæmones efficiunt, nescio quibus insatis proprietatibus absque scelere peccatoque præstari opinantur. Solent nequam spiritus, quoties permis-  
su Dei per agitationem spirituum & humorum morbum accenderunt, infoelicissimis aniculis persuadere, Differētia ipsas talium operum fuisse effectrices. FVRN. Benè fascinatione quidem hæc mones. Volui namque paulò supra ex te *nis ex incā* querere, quid inter fascinationem & incantationes *tationis*.

alias differentiæ poneret. Videris enim illam huius spē ciem quandam constituere. ERA. Optimè iudicas. Nam qui visu, voce, tactu, nocet, vel se nocere putat, nullo interueniente contagio, nullaque causa alia intercedente, non propria, sed Diabolica potentia nocet. (Divinas actiones semper excipimus.) Proinde non naturali facultate læsit, sed maiore vi nocuit, quod est incantare. Cum vtitur ad eam rem execrationibus seu cat

*Incantare*  
*quid.* minibus, verbis, characteribus, imaginibus, rebus alijs, et si per se non noxijs, noxijs tamen putatis propter infusam à dæmonibus virtutem, non fascinare, sed incantare dicitur, quisquis talia agit. Non in re, sed in instrumentis fermè discriminè est, opifex vtrobique unus idemque est, nempe Diabolus. Sed istis in suum locum reiectis, quod propositum fuerat, expediamus. FVR. Idem & mihi placet, perge igitur. ERA. Restare paucā de hac disputatione videntur, quæ priusquam reliquis attemptam, præcipua dictorum capita breuiter repetam. Demonstratum nobis fuit, Imaginationem, siue profectu animæ sumatur, siue pro imaginata specie potatur, siue pro vtroque, hoc est, pro ipso Phantasiæ actu usurpetur, neque proprium corpus, neq; alienum, quod longè difficilius est, mouere posse aut debere, nisi quantum iucunda vel tristia repræsentando appetitum ad persecutionem velfugam mouet. Exposui Aristotelis mentem, cum Imaginationem dixit alterationem esse, pariterque ostendi toto cœlo errauisse Pomponatiū & siue Phantasię confirmatione testimonium illud Aristotelis citantem. Experimenta quoq; cum ab ipso tum ab alijs adducta, vana & inepta esse cōmonstrauit. Demum quæ defascinatione veteres ac recentes scripserunt, vel falsa & futile esse, vel alias causas habere, apertissimè docui. Quamobrem nihil iam superesse videtur a liud, quam ut concluimus presentem disputationem,

vereq;

vereq; dicamus falsa pariter & impia esse, quæcunque,  
 de viribus imaginationis Platonici, Auicenna, Algaze-  
 lis, Alchindus, Pomponatius, Paracelsus, alij superstiti-  
 osi, supradictorum miraculorum causam eam consti-  
 tuentes, protulerunt. Et vt de Paracelso agamus, quo-  
 modo poterit imaginatio astrum vocari pro arbitratu-  
 racelsi sen-  
 su cuncta formans, si vis eius nulla est, quam repreſen- tentiam de  
 tandi? Quo pacto erit re ipsa quod esse imaginatur ani-  
 mal? Siverum hoc est, cur non sunt Melancholici per-  
 tinacissimè imaginantes hoc ipsum, quod se esse ima-  
 ginantur, scilicet ollæ, oues, gallinæ, aues, sani, mortui,  
 reges, & nescio quid non? Fortassis Paracelsus quoq; a-  
 lijs vitam promittens sexcentorum & plurium anno-  
 rum, imò ad finem vsq; mundi duraturam, quadragesi-  
 mum septimum explere non potuit, propterea quod  
 intra hoc tempus moriturum se imaginatus est. Ebrie-  
 tate perpetua præpeditus, arbitror, non potuit imagi-  
 nando Venerem & Mercurium de cœlo detrahere, vt  
 non immortalitate, qua multos scribit mortales ab ip-  
 sis donatos, sed longiore vita donaretur. Quæ de radio  
 rum effusione blaterauit, risu potius sunt digna, quæm  
 confutatione. Quippe Phantasia neq; corpus est, neq;  
 in corpore inest radiato, vt hic de radijs loquimur. Spi-  
 ritus autem animales, quorum vtitur opera, non emit  
 tuntur ab anima naturaliter affecta, ipsiq; per se non  
 exent sine animalis noxa. Absurdum est, quod sangu-  
 nem menstruum in cœlum extollit, ex quo cruces in  
 vestes demittendas Vulcanus quispiam illic fabrice-  
 tur. In lib. de Tartaro seu morbis inuisibilibus factum  
 scribit, his verbis. Imaginatio mulieris menstruum san-  
 guinem in medium cœlum extulit, ex eoque quod pi-  
 etum tunc vidit, ibidem formavit. Ea postmodum in  
 homines delapsa sunt insensibiliter. Hinc cruces in ve-  
 stibus visæ, &c. Ferulam quoq; meretur, quod cogita-

Phantasia  
non emittit  
radios.

tiones & imaginationes nostras corporatas fieri contendit, quæ ad sidera in cœlos, deinde subuolent, ac simili prauitate inficiant: vnde postquam illic percocta & maleficæ sint redditæ satis, iterum ad nos deſcendantur. Scutica dignum illud est, quod cœli sidera nos imaginatione cogere posse afferit, quodq; characterum, imaginū, verborum magicorū, imò totius Magiæ vim ex cœlo deducit, de quib. suo deinde loco differemus. Quid? an non superat omnium hominum fidem & cogitationem, quod scribit quendam ex morbo decumbentem, & tantum non mortuum, robusti adolescens vitam, vires, sensus, naturam ab illo ad se per imaginationem attraxisse: & Archasum quendā aliorum doctrinam & prudentiam ad se euocauisse Phantasie viribus? Quæri potest, an vitam, mores, yim sentiendi, sanitatem, robur, ammi Scientiam putet de subiecto suo transmigrare in aliud potuisse. Si neget, se ipsum arguit impudentis mendacij. Sin affirmet, necesse est, vt vel o-

**Accidentia** minia hæc corpora fuisse putet, vel accidens concedat  
nō migrat subiesso suo deserto in aliud transiisse. Hoc autem pu-  
ex uno sub gnat non modò cum veritate & recta Philosophia, sed  
iecto in a- etiam cum omnium sanorum & intell gentium homi-  
liud. num, qui inde adeo à condito mundo vixerunt, iudi-  
cio. Cæterūm mores, naturam seu temperamentum, vi-  
res, sanitatem & scientiam qualitates si neget, atq; cor-  
pora contendat, indignus est, qui à doctis nominetur,  
nendum cuius prodigiosa mendacia refurentur. Id por-  
tò eum sensisse aliquando vel hoc probat, quod imagi-  
nationes & affectiones animi quaslibet in corpora dege-  
nerare asseuerat, ac morbos sæpen numero corpora esse  
ait. Sanè qui talia portenta longiore inpugnat oratio-  
ne, nihil aliud facit, quam quod se ipsum scilicet inibus ri-  
dendum propinat. Quare alijs omissis, scire hoc tantū  
velim, quomodo non bis homo fuerit, qui ista omnia  
ab alio

ab alio in se traduxit. Nam qui alicuius naturam, ingenium vires sensus, vitam habet etiam humanitatem habet. Duplicem ergo habuit tunc humanitatem: nisi forte permutatione facta alterum illum ex iuvene senem, ex robusto imbecillem, ex fano ægrum, ex viuaci moribundum, deniq; ex Nireo Thersitem oculi momento factum dicas. Si neges, fuit idem senex & iuuenis, robustus & debilis, sanus & æger, eodem tempore in eadem parte. An potest aliquid hisce portentis monstrosius excogitari? Sed condonari tamen hęc & rideri possent, nisi sceleratè impia insuper docuisset. Evidem flagitium est nulla pœna quantumuis acerbissima, expiabile, quod cum Pomponatio alijsq; atheis asserit. Prophetae à sideribus generari, ac præuideri ortum eorum, priusquam nati sint, in cœlo posse: vimq; omnem ferè mihi & Pomponio ratiorum inde proficiisci statuit, quod imaginatione natij nulla sua sibi siderum potentiam alioqui subiecerint. Albertus Magnus. Alber-

Flagitium  
Paracelsi, et  
pœna expiabile.  
habere diuinandi, & secreta aperiendi tradidit, inq; talibus nugis omnino est nimius. Pomponatius illò auctoritate progreßus etiam est, vt mortuorum quoq; resurrectionē naturae viribus procurari astraruat, siquidē animalia ponātur immortales esse, atq; religiones iuxta coeli conuersiones necessariò mutari, vt modò hęc modò alia emergat, incrementa capiat, valeat, dominetur ac regnet, impudenter asseueret. FVR. De Pomponatij nefarijs sordibus non laboramus. Quod autem ad futurorum præsensionem spectat, cum ea nihil eorum, quae in animo sunt, velit extra animal fabricari, sed tantum futura videre & cognoscere, antequam eueniant, studeat, non oppugnatur ea tuis ab argumentis retropositis. Quare si futurorum præsensio, vt tu contendis, miraculosa est, saltem hac ratione per imaginationem miraculosi aliquid faciet homo acutus. ER. Sic habet,

Demonstrant namq; falsa tantummodo hęc esse, quod scilicet species in Phantasia existentes res ipsas esse aut fieri, seu rerum, quarum sunt effigies & imagines, virtutem retinere solumniant: quodq; ab imaginatione & cōcupiscentia extra animal res imaginatas gigni stulte putant. De Prophetādi munere in libello aduersus deliria Astrologorum edito, breuiter quidem, attamen solidè & perspicuè disputatum à me fuit, & addentur fortasse aliqua, cum de Diuinatione postea differemus: in præsentia ea solum velut delibabo, quæ propositū nostrum proprius attingunt. Quippe futurorum præsensio contingentium, est verè miraculosa. Quare ut ab Imaginatione hoc etiam miraculum non proficiisci perspicias, paucis hanc rem percurram, & velut digito indica bo folium. Ergo Prophetiam esse prædictionem aut præuisionem rerum futurarū contingentium constat. Quoniam necessariū prænotio nihil habet admirabilitatis præcipiū. Constat & hoc, noticiam nostram proficiisci à rebus cognitis, quatenus tui notiones in nobis excitant: neque cognosci à nobis quicquam, nisi quorū simulachra seu conceptiones, seu notiones habemus. Constat tertio animi nostri conceptiones nullas veras esse, quibus non respondeant res extra animā. Constat quarto, em quilibet sic agere ut existit. Constat insuper illud etiam, res futuras absolute non existere. Consequitur ex his necessariò, futura nullas notiones nullasque imagines in anima nostra sulcitare. At quorum non habemus in nobis notiones, ne nouimus quidem. Proinde atit non cognoscimus futura contingentia, priusquam sint vel existant, aut aliquid existens eorum notiones in nobis creat. Cæterū res naturalis nulla per se potest notionem gignere in nobis aliā, quam sui. Species tūcum possit enim, quod est, speciem in nobis effingere alius à producūt. Se rei, & quidem nō existentis? Nihil enim supra naturam suam

suam agit. FVR. Duo tibi sumis, quæ tibi minimè dabis  
 mus, scilicet nulla esse in imaginatione simulachra, quā  
 à rebus externis impressa, cum possit unusquisq; sibi ad  
 mirabilissimas fingere species, quibus res externa nulla  
 respondeat. Alterum est, non posse speciem vnam re-  
 præsentare res duas, quasi non constet causæ effigiem  
 seu notionem effectus sui speciem simul ingenerare.  
 Vtrunque cum sit falsum, incassum laborabis in sequē-  
 tibus. ER. Non nescio fingere Phantasiam posse pro-  
 digiosas imagines. At aliunde, quam à rebus haustas ti-  
 bi pernego: perperam componere, quæ connecti nō de-  
 bent, vtrò tibi largior. Accepit hominis, itemq; equi i-  
 deas Phantasia seorsum vtranq; Has dum componit &  
 Hippocentaurum efformat, non fingit figuræ à sensi-  
 bus non receptas, sed iungit absurdè ac falso, quæ natu-  
 ra sic iungi noluit. Ad alterum æquè facilis & expedita  
 est responsio. Fieri nulla vi potest, vt species alicuius rei  
 aliud repræsentet, quam rem, cuius est species. Ceterūm  
 quia causarum aliae actu producunt effectum, aliae po-  
 tētia solum, contingit in prioribus, vt causæ & effectus  
 simul quidem repræsententur in imaginatione, at non  
 per vnicam causæ speciem. Ignis, exempli gratia, cum vi  
 detur ligna, quibus alitur, comburere, duplex offertur  
 animo species, ignis videlicet ac lignorum vstitutionis: nō  
 ab vna tamen ignis specie repræsentatur vtrunq; Intel-  
 liges ex eo, quod infans nesciens ignem vrere nihil vere-  
 tur & ignitos carbones tangere, & in flamas manum  
 extendere. Cùm vri se sensit, nō facile deinceps ad eum  
 propius accedit. Manifestum proinde est, vnam ignis  
 speciem nil aliud ei, quam substantiam talem repræsen-  
 tauisse. Nos quoq; non hic loquimur vel de causis ne-  
 cessariis effectus suos determinatos generantibus, vel  
 de ijs, quæ actu iam eosdem efficiunt, sed de naturalib.  
 eisque contingentibus, adeoque nondum actu agenti-

Fictiones  
 phantasie  
 ex quibus  
 speciebus.

Species re-  
 illam solā,  
 cui⁹ est spe-  
 cies repræ-  
 sentat.

bus. Disputamus enim de futurorum contingentium præsensione multo antè, quam fieri producique cæpta sunt. Quæ iam fiunt, non sunt ab solutè futura, sed alio modo existunt. Hoc in questione est, an species rei nec dum actu producentis effectum definitum, sed potentiam solam obtinentis, quæ infinitis modis impedi ri queat. (Nisi enim possit impediti, contingēs non fuit) repræsentare tunc possit effectum illum fortè speratum? Quis non videt hoc impossibile esse? Quod enim potentia aliquid est, hoc ipsum non est verè, quantis per potentia idem illud remanet. Quod autem non existit re ipsa, ne agere quidem valet. Producet ergo speciem sui, quoad aliquid actu est, non verò, quoad potentia actu est, nō liud quippiam est. An est aliquis tam vecors & stolidus, quoad potè qui viso ædificatore nondum ædificante, & à nemine tia aliquid ad ædificandum conducto, simul se videre posse opin est. tur, qualem ille domum, cui, quando, quo in loco, sit fabricaturus? Certè species ædificatoris hęc ei monstrare non potest. Summatim dicam. Necessarium prorsus est, ut species rei futuræ contingentis in imaginatione variis ab ipsa re futura expressa, vel ab eiusdem rei causa nondum agente producta, vel ab altiore causa efficta, vel ab ipsomet yate fabricata sit. Primum impossibile est. Ageret enim antequam nasceretur, & esset priusquam fieret. Secundum aquè absurdum & impossibile ostensum est. Si ab altiore causa profecta est, præter Deū nulla esse potest, cui soli futura cognita sunt. At sic non per imaginationis vim præuidet futura, sed per diuinam potentiam. Si conficiam à yate putas, nulla causa erit cur sic cadat, ut casurum ille somniauit. Si enim ideo rem evenire oportet, quia sic imaginatus est, non præuidet solum futura, sed efficit etiam. Quid igitur prohibebit, quo minus nobis imaginatores isti tandem efficta sint daturi, quæcumque in narrationibus suis Lucianus retulit? Nec excusaueris, si supra naturæ vires hac esse

*Res quælibet sui spe-  
cie produ-  
cit, quoad  
actu est, nō  
quoad potè  
quia ali-  
quid ad ædificandum con-  
ducto, simul se videre posse opin-  
est. tur, qualem ille domum, cui, quando, quo in loco, sit fa-  
bricaturus? Certè species ædificatoris hęc ei monstrare non potest. Summatim dicam. Necessarium prorsus est, ut species rei futuræ contingentis in imaginatione variis ab ipsa re futura expressa, vel ab eiusdem rei causa nondum agente producta, vel ab altiore causa efficta, vel ab ipsomet yate fabricata sit. Primum impossibile est. Ageret enim antequam nasceretur, & esset priusquam fieret. Secundum aquè absurdum & impossibile ostensum est. Si ab altiore causa profecta est, præter Deū nulla esse potest, cui soli futura cognita sunt. At sic non per imaginationis vim præuidet futura, sed per diuinam potentiam. Si conficiam à yate putas, nulla causa erit cur sic cadat, ut casurum ille somniauit. Si enim ideo rem evenire oportet, quia sic imaginatus est, non præuidet solum futura, sed efficit etiam. Quid igitur prohibebit, quo minus nobis imaginatores isti tandem efficta sint daturi, quæcumque in narrationibus suis Lucianus retulit? Nec excusaueris, si supra naturæ vires hac esse*

esse respondcas. Etenim magis ferè possibile est, vt cum tauri corpore copuletur caput simile humano capiti, quam Phantasiæ viribus futura præuidere, vel species in eadem receptas in corpora permutari, coelum & terram regere, adeoque sidera instar iumenti ad obedientiam suam cogere. Satis, arbitror, cum ex modo dictis, tum ex supra disputatis apertè patet, quam non ferendo, sed planè sacrilego errore homines illi, si quidem ne scientes faciunt, miserandi: sin verò scientes dicunt, exercandi, viribus imaginationis attribuant, quod solius Dei proprium est. Simili flagitio virtutem miracula edendi eidem ascribunt, de qua re nimis multis fortasse retrò egimus. Considera, quæso te, quam futilibus Contra A-  
iecturis vtatur Auicenna ad probandum Imaginationi uicennam  
nostre materiam mundi sublunarî magis obedire, quā contrarijs candem transmutantibus. Si quis super trabe, inquit, in terra posita incedere velit, nullo periculo id facit, si super eadem trabe in alto loco collocata foscam aut aquam transire velit ex imaginationis periculo decidit. Quis negauit vñquam ab imaginatione periculum representante metum animali incuti, & ab eo spiritus impetu quodam contrahi, virtutemq; musculorum quodammodo labefactari aut minui? Cùm in plano loco extensa trabs est, causa metus abest. Quare sic sustinent musculi corpus, vt cadere animal non facile possit. Sæpenumerò imaginamur terribilia, sed quæ ultra mare sint, nobisque obesse non possint, à quibus haud aliter, vt ex Aristotele monui, afficimur, ac si picturam aspiceremus. Illa igitur percellunt animum nostrum, quæ nocitura nobis existimamus, non illa, à quibus nos offendì non posse persuasum habemus. Adfert Cur oscitatem uidens oscitationem idem quoque, quæ tamen nihil aliud facit, quam quod naturam velut admonet officij sui. Oscitans ergo plerunque qui oscitantem alium vident,

quoniam materia semper fermè parata est: non min-  
*Cur nō sem-* gunt autem semper, qui alios vident mēcere, quia non  
*per minat* semper vrinam in vesica collegerunt. Sed hac de re ro-  
*mingerent-* ta, quia disceptatum satis est, ad alia transibimus, nisi ali-  
*lium uidēs.* ter tibi videtur. Etenim quæ præter iam dicta in diuer-  
 sis locis pro hac opinione stabiliēda protulit, supra no-  
 bis expensa confutataq; meministi, puto. FVR. Non  
 displicet. Velim tamen in transundo aliquid insuper  
 de Auicennæ sententia, cuius mihi opinionem modò  
 refricabas, ex te audire. Hoc enim videtur alijs probabi-  
 lior, quod omnem illam potestatem Intelligentiæ assi-  
 gnat, quam per Imaginationem homo sibi conciliarit,  
 & veluti amīcam obsequenterque reddiderit, vt iam  
 non tam Imaginatio, quam Intelligentia ei coniuncta  
 mirabilium illorum opifex & causa dici debeat. Modū,  
 per quem animæ Idearum Intelligentiarum participes  
 fiunt, exponit Marsilius Ficinus his verbis. Spiritus ergo  
 superiores in nostros, vtpote consortes, imaginum dū-  
 taxat suarum influxibus operantur, quemadmodum  
 vultus in speculum: atque agendo in eos formant, simi-  
 limasque efficiunt: vsque adeò, vt animæ sāpē tam fer-  
 mè mirabiliter, quam cœlestes soleant, operentur. Et  
 paulo pōst. Tunc prodigia, somnia, vaticinia, oracula  
 veniunt. ER. Non videtur dignum refutatione com-  
 mentum hoc fatuum, & ab omni non modo pietatis  
 sensu, verùm etiam eruditione alienissimum: quod ta-  
 men ita deperiuit Arabs Auicenna, vt in consortiū Phi-  
 losophorum non videretur admissurus dissentientem.

*Hypothe-* Nutitur hypothēsis falsis aliquot. Primū ponit in  
*fes Auicen-* sideribus Dæmones quosdam siue Intelligentias inha-  
*ue.* bitare dignitate & viribus inter se discrepantes. Dein-  
 1 de has Intelligentias mundi elementaris materiam pro-  
 2 libito suo, impari tamen virtute, etiā nulla interceden-  
 te alteratione, mutare posse. Nam si ignobiliores inter-  
 uenienc-

ueniente ea mutent; nobiliores absq; ea mutare. Item 3  
 Animas nostras modò ab vna ex his substantijs, modò  
 ab alia varijs & dissimilibus donari virtutibus & pro-  
 prietatibus, quibus inter se differant. Quartò magis o- 4  
 bedire materiam causis nobilioribus. Quintò nobilio- 5  
 res esse incorporeas illas substantias contrarījs, à qui-  
 bus materiam alterari cernimus. Ita fieri opinatur, vt  
 Anima benigno Iouis sidere orta nobilitate alijs ante-  
 cellat, & non vt anima solum agat, sed etiam vt Iouis vi-  
 tribus perfusa operetur: ac proinde omnem hic mate-  
 riam habeat obsequentem ad perficiendum, quicquid  
 Louis Intelligentia possit. Veruntamen opus esse huic 6  
 animæ forti & intensa imaginatione, qua in obsequiū  
 sibi trahat louem, passo disposito, denique vt à passioni 7  
 bus corporis se expedierit, ac veluti libera gubernet.

Quod porrò mutabilis hæc materia obediat animæ no-  
 stræ, experimentis aliquot ad rem propositam multis  
 passuum myriadibus non accendentibus confirmare stu-  
 duit, ambulatione super trabe, gallina victrice, Conta-  
 gione venerea, Similitudine infantum cum parenti-  
 bus, Imaginatione & appetitione grauidarum, Oscita-  
 tionē, &c. de quibus abundè am. disseruimus. Habet hæc  
 Phantasia commune aliquid cum Platonicis & Astrolo-  
 gis, de quibus suo loco disputatur. in præsentia illa so-  
 lum paucis diluam, quæ ad imaginationē proprius perti-  
 nent. Minimè opus esse puto, vt speciatim Ficini opi-  
 nionem refellam, quæ neque cum Philosophia conso-  
 nat, neque cum Sacris literis conuenit. Imò quia cum  
 his ex diâmetro pugnat, execranda magis, quam confu-  
 tanda videtur Non in hoc loco solum animæ virtutem  
 tribuit Diuinam, sed alibi sæpius. Expressè autem affir-  
 mat. Avicennam, Algazelum, Platonicos esse in præsen-  
 te causa. Etenim Platone quoque putare ait, à Mente  
 nostra, si integrâ virtute sua ad certum opus vtatur, si-

Experimen-  
ta proban-  
tia materiæ  
obedire I-  
maginatio-  
ni.

cut ignis totis naturæ suæ viribus comburit admota  
mirabilia facili[m] prouentura, quam ab igne & cœ-  
lo. Quid quod hac Philosophia Christi verba de fide  
montes transferente confirmari opinatur? (Pulchre  
cum eo conuenit Paracelsus alicubi, in horum verbo-  
rum expositione.) An tu Sacerdotem Dei, qualis vide-  
*Ficinus licet  
ter in pietate  
tem peccat*

ri voluit, ac non potius Aegyptiorum factorum appro-  
batorē & Antistitem esse putabis ita licenter in pietate  
tem insanientem? Certum est, nulos sub hoc Sole (de  
Philosophis loquor) vixisse maiores & officiosiores  
Dæmonum cultores Platonicis. Et horum execrandis  
mendacijs veritatis verba confirmari dicemus? Ita his  
tetris & planè Diabolicis fabulis addictus fuit Ficinus,  
vt foetidam Platonicorum saliuam lingere, quam dul-  
cissimum veritatis mel gustare maluerit. Impie creditit  
ab impijs deceptus coelos, aut eorum Mentes seu Dæ-  
mones miracula edere posse. Sed hoc missio, de ipsa re  
generatim agamus: quæ non uno tantum modo potest  
falsa ostendi. Primò quidem, quod imaginatione con-  
cipi nequit Intelligentia, quæ substantia est corporis ex-  
pers, nec in sensu cadit. Species autem Phantasiæ, aut il-  
lorum primordia & partes, vt sic vocem, à sensibus in-  
eam deriuatae sunt. Sanè incorporea ob id ipsum, qua-  
lia propriæ sint, percipere non possumus: nisi quantum  
per negationem qualitatum corporalium & veluti ana-  
logiam quandam de ijs colligimus. Impossibile igitur  
est, vt nullus intelligentia seu mentis coelestis veram ef-  
figiem verumq; simulachrum in Phantasia expressum  
2 habeamus. Evidem animas quoque nostras & ange-  
los Dei ministros, quales sint, concipere cogitatione  
cum volumus, corporalia quædam, formam scilicet ac  
figuram fingimus. Et sanè, cum patefacere se hominia  
liquando, Deo iubente, debuerunt, formas tales assu-  
3 pserunt. Scire etiam velim quibus instrumentis tantur  
ad

ad generandas in Phantasia species, cum sensiles ipsæ non sint. Ad omnem enim functionem extra agentis substantiam progradientem opus est instrumento, vt scitè in lib. de Animal. gen. monuit Aristoteles. Per se quoque notum, & confessum cunctis est, substantiam creatam corporis expertem sine instrumēto corporeo non posse agere, in substantiam corpoream. Aliud porro cogitari nullum potest, quam cœlum. At hoc motu & lumine tantum agit. Lumen autem cum calefacere tantum & illuminare possit, ideas incorporearū rerum inducere non potest. Et vt posset, in omnibus aut certè pluriñis generaret. Si namque non omnes sint idonei, aut non omnes imaginentur, saltem Philosophi sæpe cupiūt imaginatione eas comprehendere. Adde quod obiectis nullis foret opus, si possent abs Mentibus illis per cœlum phantasmatata produci. Possent etiam cœci

5

& surdi colorum & linguarum habere certam noticiā. Deinde, si maximè illæ sui Ideas formare in Phantasia possent solitæque essent, nihil tamen aliud nobis accederet, quam quod propius naturas earum animo cerneremus. Ita namque demonstratum est, imaginem spirituali nihil aliud posse, quam repræsentare rem, cuius est imago, vt dubitare de eo porrò non possis. Tertius est imago, vt dubitare de eo porrò non possis. Tertio certum est, tam non operari Intelligentias illas per suas species, quas in Phantasias nostras impresserint, quam non agunt per easdem res corporales. Quis, quæ so, hactenus insaniat, vt ignem calefacere, vrere, liquefandere, aliaq; talia per speciem, quā in Phantasia mea suscitauit, putet? Tales sui species res omes in oës aeris partes effundūt infinitas. Quare cum ratio reddi nulla possit verisimilis, cur per vnam, & non per alias cunctas aequaliter eadem peragat, infinites omnia talia pergit ignis. At nec in aere, nec in aqua, nec in speculis, nec in cerebro nostro prædicti effectus ignis certiuntur.

*In actione  
transiente  
opus est in-  
strumento.*

4

*Intelligen-  
tie non a-  
gut per spe-  
cies in ani-  
ma nostra  
impressas.*

Non ergo per has, sed per insitum sibi realemque calorem perficit. Taceo iam, quod illæ species res diuersissimas tangunt spirituali modo, non eandem omnes. Unde satis liquet, cum nusquam aliud agunt, quam figura

*Intelligen-*  
*tia nō agūt*  
*nisi per or-*  
*bes quos*  
*mouent.*

vim, proprietatem, atque naturam. Quartò certum est ex consensu omnium hominum, qui de hac re aliquid

commentati sunt, Mentes illas in hæc inferiora non a-  
gere, nisi per instrumenta orbium, quos dicuntur mo-  
uere. Quamobrem non sufficeret speciem alicuius in  
Phantasia habere, sed oporteret vim quoque orbis illi?

totius intra cranium contineri. Sed & hoc absque fru-  
ctu foret, si non haberet eandem potentiam intra cere-

*Intelligēta*  
*non sunt ef-*  
*fectores re-*  
*rum parti-*  
*cularium.*

brum species vel Idea, quam extra id habet ipsamet In-  
telligentia orbi suo assistens. Quinimò non docuit vlo-  
in loco Aristoteles, (nec probarunt Platonici, licet au-  
dacter cum hoc tum alia affirmauerint,) Mentes illas  
cœlestes effectores & fabros esse rerum particularium,  
quæ hic oriuntur & occidunt: nisi quia orbis suos mo-  
ueant, & promotus diuersitate, lumine, caloreque, di-  
uerse quidem, sed generaliter tamen has res sublunares

*Aristotelis*  
*opinio de*  
*Intelligēta*  
*rum effici-*  
*entia.*

æquè omnes afficiant. Plus igitur tribuere Intelligentijs  
nullus potest ex Aristotelis sententia, quam quod mo-  
tu, seu potius lumine caloreque cœli possunt efficere.  
Possunt autem hæc materiam, prout apta vel inepta

est, hoc vel illo modo mouere ac mutare: aliter fingere  
& transformare non possunt. Nec possunt ob dictam  
causam particularia naturali virtute euenientia effice-  
re, multò minus possunt per naturalia instrumenta res  
præter & supra naturæ ordinem ac vires producere. V-  
no verbo si me complecti velis omnia, calore suo acti-  
dat rebus, quomodo incubans ouis diuersi generis gal-  
lina uno eodemque fotu seu calore diuersi generis pul-  
los excludit. Signū est, quod cœlestia sidera post crea-  
tas

tas plantas & animalia demum facta distinctaque sunt,  
 vt ex lib. Genes. patet. Platonicorum somnia, dum cer- Platonici  
 tant argumentis nullis, sed suis in Phantasijs enutritis ad superstitionibus, non moror, vt qui ad figmenta fabricanda, ta cudenta  
 & perditissimas superstitiones excogitandas, augendas, facti.  
 confirmandas, propagandas à Diabolo facti videantur. Intelligen-  
tiæ coelestes  
 Postremò neque sunt neque fuerunt Intelligentiae istæ orbium mo-  
 seu mentes cœlorum motrices vñquam à Deo factæ. trices nulle  
 Mouētur cœli ordine ac modo, quo à creatore suo mo- sunt.  
 ueri iussi sunt, nec mandatū eius transgrediuntur. Idem Natura  
 enim qui iussit, potestatem simul dedit hoc ipsum abs-  
 que errore & defatigatione, quod iussit, perficiēdi. Nec quid.  
 alia in sublunaria agunt natura, (Quæ nil est aliud, quæ iussus Dei  
 ordinaria Dei potestas cunctis rebus pro sua cuiq; con-  
 ditione indita) suaque officia vt iussa sunt peragunt. Et est iussus  
 hic iussus elementa miscet, neque in terra solum rebūs formatrix,  
 que putridis efficax est, ex singulis efformans, quod for-  
 mari debet, sed & in plantarum & animalium adeoque formatrix,  
 hominum semine effectionum author est. Quæ alia vir-  
 tus potuisset animabūs nostris, quas à Deo creari & cor-  
 poribus iam præparatis infundi consentaneè Sacris li-  
 teris credimus, corpus idoneum, cuiq; videlicet suum,  
 fingere ac figurare præter Diuinam? Hic proinde iussus  
 Dei virtus illa formatrix est, quæ omnia rectè sapien-  
 terque perficit. Denique est potestas illa, per quam res  
 naturales agunt quod, quando, quomodo singulæ age-  
 re iussæ sunt. In coelestibus errorem inesse noluit, in hi-  
 se nostris contingere aliquando voluit. Mouentur ita  
 que ille statim vicibus à se ipsis nunquam, nisi iussæ, disce-  
 dentes: hæ autem inter se semper pugnant, atque ideo  
 frequenter cursum mutant. Hæc breviter & velut in  
 transcurso quodam de insulsissima & scelestā Auicen-  
 na Imaginatione differere in præsentiarum libuit, quò  
 perspicere saltem inciperes, quantis laboret absurdita-

tibus, præterquam quod expressè Dei verbo aduersatur. Obiter illud etiam aduertisti, inscitè non modò superioribus seculis, sed etiam hac ætate nostra, in qua Deus tantam lucem mundo impertivit, cum Philosophos, tum, quod longè flagitosius est, Theologos, plurimorum rerum effectiones in Intelligentiarum virtutes reduxisse, quas certum est neque existere, neque viribus illis ab Aristotele ornatas fuisse. Vtitur Deus ministerio Angelorum bonorum & malorum pro bona & sancta sua voluntate. At cœlorum orbibus prefecisse singulos singulis, à quibus moueantur, is tatum asseuerabit, qui

*Aristoteles  
à sensibus  
recedes de  
Divinitate  
luis loqui*

vel apertè falsa defendere decreuit, vel Sacras literas nō satis attentè perlegit. Idem hoc vidit Aristoteles quoque cum mentis oculos ab his corruptilibus altius extulisset, atque alia via, quam quæ à sensibus ortum habet, ad Diuinitatis contemplationem se conuertisset.

Quippe in libro de mundo ad Alexandrum constanter assertit, Deum virtute sua cœlos omnes mouere, celerius tardius, pro spacij, in quo volvuntur orbes singuli, amplitudine, & cuiusque propria constitutione: manu hoc alijs demandasse asseueranter negat. Verba eius hæc sunt. τεμνότερον δὲ καὶ τεπρωδέστερον, αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῷ αἰωνίῳ χώρᾳ idέρναται, τὸν δὲ διώματιν Διὸς τὸ σύμπαν οὗ τόσμιος δημιουργός εἴλοτε κινēν καὶ σελήνην, καὶ τὸν τάναγραν τεριάγειν, αἰτιότε γίνεσθαι τῆς ἐπὶ τῆς γῆς σωματίας. οὐδὲν γάρ ἐπιλεχθήσεται αὐτῷ δὲ καὶ ταπερεσίας τῆς πάρεστέρων, ὡσπῃ τοῖς παρήμην ἀρχήσι τῆς πολυχειρίας Διὸς τὸν αἰδένειαν, ἀνδατέτο γὰρ τὸ θεῖον τὸ θεῖον, τὸ μετὰ φυσικῆς καὶ αἰτλῆς κινήσεως πανοδαπᾶς διπλελένιον ιδέας. Et paulo post. Κατὰ γὰρ τὸ δικαίον ἐνδόσιμον τῶν τοῦ Φερωνύμου αὐτορυφαίς παροστοὺς φεύγει. κινέται μὲν τὰ ἄστρα ἀεὶ καὶ ὁ σύμπαντος. In his atq; alijs eiusdem sexti cap. verbis manifestissime, quod diximus, continetur. Et sancte sic consonant sacrofancis litteris, ut nihil reprehendi aliud possit, quam quod potentiam

Tentiam Dei videtur ponere , vbi Deus non sit, hoc est,  
quod sic videtur Deum cœlo includere , vt non simul  
vbique actu primo seu iuxta substantiam sit præsens.

FVR. De hac re tota nullum adhuc audiui dubitantem,  
Et miror Scholasticos præterisse hāc quæstionem, nisi  
fortè Aristotelem aliter sensisse persuasum habuerunt.

ER. Non mirari debes, Scholasticos, ( quibus non tam  
fuit curæ veritatem inuestigare, quam Aristotele Theo-  
logum facere ) de præsente dubitatione nihil decreuis-  
se, præsertim cum non minorem fidem autori libri de-

causis haberent, quam Aristoteli : & ambos in doctrina  
consentientes esse omnino crederent. Cæterū si, qui-

*Cur singu-  
bus rationibus inductus fuerit Aristoteles , vt singulis *lis orbibus*  
*cœlorum orbibus singulas attribueret Mentes, apud te singulas*  
*cogites, perfacile inuenies, quod quæris. Primū posuit *prefecserit**  
*sola corpora p̄priè moueri. Deinde nullū à se ipso pri-  
mo cieri: adeoq; in animalib. etiā aliud mouere arq; ali-  
ud moueri. Itē corporū alia moueri ab externo motore,**

*animę scilicet expertia, alia ab interno; videlicet anima-  
ta. Et coelum quidem, ne infinita ponenda essent corpo-  
ra, ab interno motore circumagi, hoc est, animatum es-  
se statuit. Cūm porrò animalia à se ipsis moueri cerne-  
ret, ab expetibili aliquo excitata, coelos eodem modo*

*circumagi censuit. Hoc autem expetibile atque deside-  
ratum immobile, immutabile, incorporeum & intelli-  
gibile ex eo conclusit, quod coelos uniformi æquabili ac*

*sempiterno motu moueri putaret. Etsi igitur animam  
per se non moueri sanxisset, per occidens tamen corpo-*

*re moto moueri non negauit. Quare cum mouentia  
motu sempiterno & conformi prorsus immobilia, hoc*

*est, neque per se neque per accidens moueri oportere  
iudicauisset, virtutes corporeas esse negauit, & tan-*

*quam desiderabile, quod ὁραστον Græcè vocavit, mouere  
asseruit. Hoc autem fieri non potuisset, si cœli anima ca-*

*Intelligen-  
tiae Aristo-  
teles.*

*Intelligen-  
tie ut fines*

*& operis*

*quædā mo-*

*uent non*

*mota.*

rerent. Huc pertinet omnis illa disputatio, qua probat facultatem corporum quamlibet finitam esse, nec infinito tempore mouere & quilibet posse. Cœlos & terrenos esse, ideoque sempiterno motu cieri persuasissimum habuit: ac proinde ab infinita & immobili re moueri eodem modo, quo dictum est, conclusit. Ex quibus primum motorem (Deum ne putarit, an Intelligentiam aliam non stra non interest hoc loco scrutari) virtutem esse incorpoream, nullumque corpus informare, sed quoad bonum est ac desiderabile mouere, se confecisse putauit. Quia etiam spheras plures esse, singulasque proprias & peculiari motu rotari credit: & unamquamque proprium & suum quoddam desiderabile, quod tanquam finem sui motus appeterent, habere arbitratus fuit. Tantum igitur absque Aristotelem ab eo perspicis, ut putet Intelligentias illas hanc inferiora mouere, formare ac fingere, permuttere, mirabiliumque, quae hic fiunt, causas propinquas existere, ut ne cœlum quidem ab eis aliter versari affirmaret, quam quatenus ut bonum & desiderabile quoddam intelligerentur. Si agendo aliter, quam qua ratione finis mouere ageretur solet, opinatus fuisset cœlos circumducere, frustra animatos posuisset. Quibus addi poterit, quod Aristoteles pro certissimo tenuit, Mentes illas nihil noui intelligere, ac inferiora mutabiliaque; ista nequitquam cognoscere. Veteres quoque Peripatetici omnines primam Mentem secundam intelligere negarunt multò minus turbulenti huius mundi particulares mutationes percipere concesserunt. Quæ dementia ergo est, ex Aristotelis doctrina Mentes separatas illas miraculorum, quæ hic eueniunt, effectores constituere? Quine Deum quidem absque cœlis, & praeter naturæ visitatum modum aliquid facere opinatus est, is ne Menthibus alijs maiores vires inesse putauit? Similis est ratio animalium, quas orbibus affixerunt. Nihil enim facere

*Intelligen-*  
*tiae non mo-*  
*ueti hanc no-*  
*stratia.*

*Inellige-*  
*tiae non in-*  
*telligunt res*  
*fluxas.*

absq;

absque suo possunt orbe: sed quemadmodū animæ nostræ in corporibus suis efficaces sunt, extra ea nihil possunt, ita & coelorū animæ hoc solum hic fecerint, quod per orbis effici possit. Horum actio cum valdè sit generalis, singulare nullum efficit, priusquam ab individua

Cœli parti-  
culare nul-  
lum hic ef-  
ficiunt.

causa contracta, limitata, & ad certum effectum definita sit. Quod si res fluxas & mutabiles ex Aristotelis sententia non intelligunt Mentes separatae, quomodo easdem efficient? Quomodo etiam imagines sui in animas suas in Phœnix nostras impriment, instar vultus similitudinem sui in tarsis nostris speculo materiali producentis? Intellectus noster species persens receptas illustrando reddit intelligibiles actu, cum potentia solum tales essent: quia nimirum sunt materiales: at imaginem sui sensibus inducere non potest. Minus poterunt hoc Mentes ab omni materia concretione sciuntæ. Sed sufficit in præsentia declaruisse, haud rectè Aristotelis Discipulos creandi virtutem admiraculorum efficiendorum potestatem separatis à materia mentibus assignare. Et si ita docuisset Aristoteles, non multum id nos mouere deberet, qui cœlos creatoris, & ab insita ipsis à Creatore facultate, iussuque Dei, nequaquam verò ab assistente Intelligentia moueri non uimus. Qui fecit, suo motu eos circumagi iussit: & qui iussit, idem ille, ut possent, simul dedit, ut Intelligentiarum hac opera minimè egeant. Scimus præterea rationali anima cœlos & sidera catere: ac proinde voluntate vel rationis appetitu instar hominum non rotari.

FVR. Omnem mihi ex animo scrupulum exemisti, plurimumque gaudeo, me rectius institutum esse. Nunc enim illa quoque plenius intelligo, quæ supra parcè a sobrie attigisse te recordor. Quare ad alia, si placet descendamus. ER. Propositum fuerat hoc solum demonstrare, Imaginationis vi & potestate non posse miraculare, quod impudentius cæteris ferè ausus fuit affeuera-

Intelligen-  
tiae non pro-  
ducunt Ideas

re Paracelsus tuus. Verum consequentia quadam rerum adducti, etiam alia quædam partim attigimus, partim explicauimus, quæ alio loco exponi debebat. Etenim quæ de futurorum præfigitione leuiter attingere me volueristi, ad suum locum rei scienda fuerant. Quæ de fascinatione dicta nobis sunt, ad Magiam operaticem propriè pertinent. Sed benè est, quod totam hanc rem voluisti declarari, ne repetenda nobis in sequentibus esset. Superest igitur, ut ostendamus, Magiæ viribus miracula effici nulla posse, ut perspicuum fiat, solum Deum miraculorum effectorem esse, ut retrò contendimus. FVR. Si verum me fateri oportet, nihil est, cuius explanatio nem audiens expectem, quam Magiæ, propterea quod ab ineunte ætate, cum etiam ultima memoria repetimus, multū huic arti deferri à plerisque animaduerti. Quantum verò vulgo haberentur Magi infames, in præcerto scio. Itaque non tam artem putavi damnari, quæ abusum & artificum quorundam petulantiam. ERA.

*Magia tota execrabilis est.* Spero te intellexisse iam, & porrò planius intellecturu, totam artem, si modo est hoc nomine digna, vanam, futilem, falsam, & execrabilem esse. FVR. Scio Magiam quandam infamem esse, quam nec ego probandum iudicau. Ego verò non de hac Diabolica, quæ Diabolos euocat, eorumque ministerio palam vtitur, loquor, sed de Naturali, quæ totius Philosophiæ veluti apex & perfectio quædam esse putatur, intelligi cupio. ER. Noui excusationem hanc. Sed præstat nos primū videre quid Paracelsus de Magia senserit ac scripsierit: ac deinde rem ipsam considerare. Sic enim apparebit an laudabilis aliqua sit Magiæ species, ut plurimi existimare videntur. FVR. Sæpè mentionem facit in suis libris, & vbiq;

*Magia Naturalis.* sententia commendat, excepto uno altero que loco: in quibus de „infanda & damnata Magia loquitur. In lib. de occulta phis.

Philosophia scribit, artem esse occultissimam, & rerum <sup>Eiusdem</sup>  
 Supernaturalium ac rationi imperceptibilium scientiā. <sup>blasphem.</sup>  
 Est enim ratio nostra, inquit, ad illam collata stultitia. <sup>"</sup>  
 Quapropter Theologos addiscere conueniebat, non vi  
 tuperare, cum multa sint in Scriptura mysteria, quae ra.  
 tio non capit. Quis vñquam ex Theologis absque Ma.  
 gia vel Dæmonem eiecit, vel Spiritū ad se acciuit, aut à  
 se abegit? Quis, inquam, Magiæ imperitus ægrum ali.  
 quando persanauit, aut simile aliud perfecit, nedū mon.  
 tes transtulit? Fides sola in ea usurpatur, ceremonię nul.  
 la. De hac Christus loquitur, cum dicit, Si fidem habue.  
 ritis quanta est granum sinapi, &c. Abusus deinde crea.  
 uit incantationes, vt à Strigibus factum est, quæ per fi.  
 dem suam falsam Spiritus & Ascendentes etiam procul  
 absentibus immittunt. Fabricant imaginem, & nomine.  
 illius, quem lædere cupinnt, clavum infigunt denti, pe.  
 di, oculo, &c. & hac ratione, quibus volunt, oculorum,  
 pedum, dentium, &c. usum adimunt, adeoque occi.  
 dunt. Alibi dicit scientiam esse veram, per quam virtus  
 coelestium in medium huc à Mago detrahatur, & in sub.  
 iectum, quod velit, dirigatur. Eundem efficere hac ra.  
 tione, vt Verba, Characteres, Imagines, &c. non minus  
 efficacia sint Medicis potionibus. Huius beneficio Ada.  
 mü tot annis vitam & valetudinem conseruuisse scri.  
 bit in lib. de Vita longa. Memini etiam supra nobis di.  
 stum eum inter Magos & Sanctos nullum ponere discri.  
 men, quam quod hi Diuina virtute faciant, quæ illi ar.  
 tis Magiæ opera præsent. Huius artis fundamenta esse  
 assecratur in libro supra citato, Pyromantiam, Necromā.  
 tiam, Geomantiam, & huius generis alias plures: ac præ.  
 ter has preces quasdam, imaginationem atque fidem. <sup>Pomponia.</sup>  
 ERA. Si libet, adde quod Pomponatius Incantator ait, <sup>tius Magiæ</sup>  
 Magiam per se bonam esse, adeoque scientiam rectè vo.  
 cari, propterea quod perfectio sit animi quædam: ta.  
 esse bonam <sup>Fundamen.  
ta a tis Ma.  
gice.</sup>

metsi modus discendi eam prohibitus sit. Sanè ex eo, quod Apollonius ille Tyaneus Magus aliquos ex mortuis excitauisse legitur, & Magiam & Necromantiam scientias esse concludit. Quæ ideo hic recito, ut quam bellè cùm Paracelso concinat Pomponatius manifestum fiat. FVR. Venit nunc mihi in mentem, quod apud Paracelsum quoque legi, Necromantiam minimè Diabolica, sed planè naturalem esse artem ex astris natā. Magos quoque Aegyptios Mosis aduersarios naturalium artium virtute putat serpentes, ranas, atque alia effecisse (quod supra referre oblitus fui) in lib. de inuisil. morb. causis. De Pödagra etiam tempestates naturaliter cieri ac tonitrua creari afferit. At Magos, qui Christum salutatum venerunt in Iudæam vi equorum non naturali opinatur vectos fuisse, in libro de Vita longa, si non fallit memoria. In libro de cutis apertione, Magia maximam & præstantissimam vocat artem, similem Cabalæ Iudæorum. ER. Satis multa ex Paracelso audiuntur, qui plura cupit, legat ipse. Ex alijs huius insaniæ amatoribus nihil adferam, quia neque opus est, neque ad rem nostram facit multum. Quippe norunt omnes, quid Albertus & alijs superstitionis, ut Platonicos & Arabes taceant, senserint. Quare ad Magiæ explicationem accedo. Magiæ nomen apud Persas natum aiūt. Sic enim Apollonius Tyaneus in suis epistolis, μάγος ὄνομα γετι τὸς θεὸς οἱ πέρσαι. Alij à Magus aëris, apud quos primum Magia & Astrologiæ studium cœpisse Suidas scribit, deriuunt. Pleriq; censem idem Persis significasse quod Gracilis Philosophus, Assyrīus Chaldæus, Aegyptiūs sacerdos, Latinis sapiens. Ut vno verbo dicam, si Platonii, Ciceroni, & alijs credendum est, idem Persis fuit Magus, qui Divinorum interpres & cultor. Quanquam non credo in sacrorum interpretatione tantum versatos fuisse, sed & mirabilia fecisse puto, quod ex Sacris literis aperte col-

*Quid Ma-  
gus aut Ma-  
gia signifi-  
cat.*

colligimus. Quinetiam Strabo lib. 16. inter Magos scribit recensitos fuisse Astrologos, Necromantes, *νοσθητοί*, atque alios tales. Cicero quoque Magos augurari ac diuinare solitos fuisse asserit. Ex quibus liquido cernimus, non tantum in sacris interpretandis occupatos eos fuisse, sed maiora etiā tentauisse: nisi forte mirabilem effectiōem putet aliquis partem Persicæ Theologiæ fuisse. FVR. Non absurdum est ita iudicare. Nam & nostri Theologi sèpè miraculis claruerūt. ER. Benè est, quod non dicis, semper. Hoc enim ipso demonstras, ad Theologiæ studium & noticiam non requiri necessariò, vt miracula edantur. Apud Persas autē sic fuit pars Sapientiæ ipsorum, *θεωρούια*, vt pro Mago nullus haberetur, qui præstigias exercere nesciret. Hinc ego falli eos arbitror, qui Magiam Persarum ab infami Magia discernunt, melioremq; fuisse opinantur. Sanè primus author Magiæ Persicæ Zoroastres, (quē alij Chamum, alij huius filium, nepotem Noæ fuisse, & tem poribus Nini atq; Abrahami floruisse ferunt) simul etiam Theologus fuit. Qualem verò Theogiam populis instillauerit, legat, qui volet, apud Plutarchum in lib. de Iside & Osyride, vt, vnde Manichæorum impurissima hæresis ortum traxerit, perspiciat. Eusebius quoque de eo scribit in libro 1. de Preparat. Euang. cap. 7. caput cum Deo accipitris attribuere. Sed vt in præsentia cætera omnia breuitatis causa omittam, vñæ nos sacræ literæ abundè docent, Magos apud Aegyptios, Assyrios, Persas, pro ijs habitos fuisse, qui mirabilia & naturæ vires omnes transcendentia efficere possent. Hodie quoque non aliter definiunt, quam admirabilium naturæque ordinem excedentium rerum effectiōne. FVR. Non laboro, qualis fuerit Magia Persarum, sed de naturali cognoscere aliquid certius volo. ERA. Mox hoc veniemus: nunc alia quædam adiçienda sunt, de Magiæ Inuentio-

*Magia Per  
sarum, Assy  
riorū qua  
lis.*

*Magia In  
uentores.*

nc. Inuentores porrò & doctores alios habere non potuit, quam malignos spiritus. Hoc primum ex sacris literis perspicuè intelligitur. Cum enim Magiam damnēt, ac Magos capitisi supplicio afficere inbeat, certò certò est, non à Deo, sed aduersario Dei excogitatam esse. Deinde probat idem veterum Theologorum authoritas. Etenim D. Petrus apud Clementem lib. 4. Recognit. scitè, eleganter, verè ac fūse declarat, à quibus inuenta, & per quos propagata sit. Eusebius Pamphili lib. 4. de Preparat. Euangeli. cap. 11. à Dæmonibus constitutas asserit Maleficas artes. Hos enim inquit, summopere & Præsentem ipsorum Malefici omnes venerantur. Et lib. 5. cap. 7. testimonio Porphyrij demonstrat idem. Etenim quibus rebus gaudeant, & quibus illigentur significasse scribit. Ad hæc quibus rebus cogantur, & quæ offerri sibi velint, in quibus versentur locis, quos dies vitare oporteat, simulachrorum figuræ quales esse debeat, & omnino omnia talia eos docuisse homines. Charactères quoque & figuræ ab eis diligi, Proserpinæ verbis ostendit. Augustinus etiam in lib. 21. de Ciuit. Dei affirmat artes Magicas à Dæmonibus, quomodo colivellent indicantibus originem sumpsisse. Cum his Laetant. Firman: lib. 2. de Orig. error. cap. 15. consonat. Adde quod ipsimet Magi ac Magiæ studiosi palam fatentur se à Dæmonibus haussisse omnem hanc scientiam. De Porphyrio dictum est. De Proclo, Plotino, Iamblico, Platone, Platoniceisque alijs omnibus frustra dixero, cum sit notum omnibus. Apuleius in lib. de Dæm. Socratis ad Dæmones pertinere scribit diuinationes Augurum, Aruspicum, Vatum, Somniorum, miracula Magorum. In hos ut authores & doctores referunt Arabes quoque: inter quos Almadal in antiquissimis Barbarorum libris se legisse narrat, teste Iohan. Franc. Pico lib. de rerum prænotione 7. cap. 2. Magum quendam in monte, nescio quo,

Almadal

Arabs.

triginta

triginta annorum spacio Angelorum omnium char-  
acteres notasse & in librum ordinemque redegitte con-  
tinuo quinquaginta annorum labore. Et quid opus est  
verbis? Quæ agunt Magi, vel naturæ viribus agunt vel  
maiore aliqua potestate. Si, quæ agunt, naturæ vires nō  
transcendent, Magi non rectè vocabuntur. Sed nec à  
Deo tales vel reprehensi ac damnati fuerunt, vel morte  
puniri iussi sunt. Conantur igitur altiore potentia fulti  
miracula sua perficere. Cæterum supra naturæ faculta-  
tem vis alia nulla est, quam Dei & Angelorum bonorū  
& malorum. Constat autem Magos non facere, quæ fa-  
cere student, opera Dei aut bonorum Angelorum. Quo  
circa virtute & auxilio vtuntur Cacodæmonum. At  
quis, præter hos, docuisset homines, quibus signis, voci-  
bus, figuris, ceremonijs, rebus, vellent accersiri, & sicut  
videtur, cogi? Manifestè igitur vides per Magiam mira-  
cula edi nulla posse, cum tota nitatur viribus Dæmonū,  
quos supra ostendimus res aliter nō posse mutare, quā  
pro habilitate, quam in prima sui creatione à Deo acce-  
perunt. F V R. Non de hac scœlesta Magia quærebam,  
quod etiam antè dixi, sed naturali, quæ aliud nihil esse  
scribitur, quam summa perfectio & veluti suprema con-  
summatio naturalis Philosophiæ. ER. Magiam faciūt Magie per  
alij triplicem, plurimi duplicem tantum. Priores Persa- cies.  
rum Magiam distinguunt ab infami & naturali. At iam  
est declaratum eos in errore esse. Non enim habuerunt Magia Per  
aliam Magiam Persæ, quam infamem illam, qua certis sicut infamis  
sacrificijs Dæmones alliciebant, eorumque opera futu- erat.  
ra prænunciabant, & mirabilia quædam faciebant. Etc-  
tim idem fuit Magi inuentor Zoroastres, & sacrorum  
doctor, vt paulo antè ostendi. Proclus insuper in lib. de  
sacrificio & Magia palam asserit, Magos tunc etiam,  
cum agentia patientibus per naturalem sympathiam  
applicarent, numinum aduocatione uti solitos fuisse,

imò hæc ipsa ad euocationem Dæmonum usurpauisse  
FVR Quomodo ergo scriptura laudat Magos ab Oriē-  
te venientes & Christum adorantes? E.R. Longa est hic  
disputatio, vnde venerint, & qui fuerint. Quæ quia ad  
propositum nostrum nihil facit, merito à nobis neglige-  
tur. Nec an Persæ fuerint constat: (Iustinus Martyr ex A-  
rabia venisse affirmat 2λελόγω. προς τριφωνα.) nec qua-  
le Magiā exercuerint exponitur. Quod si fuerunt infa-  
mis Magiæ cultores, procul dubio meliorib. cognitis ab  
iecerunt. Qui Christum indicauit, ac stellam itineris du-  
cem dedit, in somno de via, quam tenerent, monuit, e-  
tiam quid in vita sequi conueniret, docere potuit. Non  
sequitur Deum ideo Magiam probare aut rectam indi-  
care voluisse, quia Magos recepit. Sic enim artem mere-  
triciam atque omnis generis scelera probaret. Nam &  
meretrices & sceleratos recepit, cum ad eum conuersi  
funt. Sanè ex Veteribus Augustinus & Origenes non du-  
bitant impios vocare: quos tamē affirmant deinde piè  
vixisse, Chrysostomus à D. Thoma Apostolo baptizatos  
post modum putat. FVR. Hanc rem sinamus, & de Na-  
turali agamus tandem. E.R. Perinde vrges hanc tuam  
Magiam naturalem, ac si aliqua fuisset aut etiam num-  
eris ars naturalis miraculorum effectrix. At dico tibi  
talem, de qualinobis sermo est, nec extitisse vnquā, nec  
extare hodie. FVR. Ergo ne inficiari audebis, quod tan-  
to doctorum omnium consensu receptum traditum est?  
E.R. Non ignoro à plerisque affirmari duplēce  
Magiam, vnam infamem & veritatem, malorumque  
spirituum commertio & opera vtentem, γονεία & ἐπω-  
δην vocant, alteram honestam & licitam, quæ obserua-  
to rerum consensu & dissensu (quem Græci συμπάθεια  
& αὐτιπάθεια nominant) conueniente applicatione a-  
gentium & patientium incredibilia communemq; na-  
turæ ordinem excedentia perficiat. Non nescio etiam  
quibus

*Qui Magi  
Christū a-  
dorarint*

*Magia na-  
turalis nul-  
la uel est  
uel fuit un-*

*quam*

quibus hāc elogij ornent, apicem, fastigium, perfectio-  
nem, consummationem, ac finem appellantes Philoso-  
phiae naturalis. At vellem mihi monstrari quē nam hēc  
ars esset, quis eam excogitasset, quis coluisset, quibus  
constaret præceptis & partibus naturæ fines non egre-  
dientibus. Nisi hanc dicas esse, de qua multa superiori  
bus annis scripsit. Iohan. Bapt. Porta Neapolitanus, cer-  
tò scio te nullam sub hoc sole ostensurum esse aliā. At  
quē vera sunt in hac arte, (Nam superstitionis & falsa  
multa miscuit veris, & mēdacia turpissima ex alijs tran-  
scripsit) tantū abest ut Magiæ nomen retinere possint,  
vt ne mirabilia quidem videantur peritis Agricolis &  
terum rusticarum paulò studiosioribus. Et vt principio  
admirationem sui aliquam excitent, mox tamen causa  
intellecta, quā intellectu facilis est, mirabilia videri desi-  
nunt. Cæterūm vt tota res excutiatur diligentius, accu-  
ratione maiore quādam videntur examinanda. F V R.  
Maximè cupio in hac parte veritatem cognoscere, cum  
præsertim neminem vñquam recorder, hoc, quod tu fa-  
cis, affirmauisse. Etenim quotquot legi & audiui, omnes  
confitentur & concedunt Magiæ speciem quandam es-  
se naturalem & concessam, adeo quē summa omnium  
bonorum commendatione dignissimam. E R. Ego ve-  
rò tum alios, tum Iohan Franc. Picum idem mecum sen-  
tire scio. Sed quid senserint alijs non magnoperè laboreo,  
quoties sententiæ suæ causas iustas non producunt. Ve-  
tus Magia testibus Plinio & Platonicis, imò re ipsa, com-  
plexus quidam fuit Idololatriæ seu falsæ & superstitiones  
religionis, Astrologiae, quam clauem Magiæ vocant, & rit.  
Medicinæ. Nata m primum è Medicina, inquit Plinius,  
nemo dubitat. Blandis & desideratis promissis addidit  
vires Religionis. Demum miscuit artes Mathematicas.  
Et hoc triplici vinculo possessis hominum sensibus in-

Ioh. Bapt.  
Porta Nea-  
pol. de na-  
turali Ma-  
gia.

Magia ve-  
tus ex qui-  
bus coaue-

gna parte Gentium præualeat. Hanc ne tu putas esse nā  
*Religio Gē turalem?* FVR. De hac non loquor, quam execrabilem  
*tulum erat* ex eo constat, quod Religio Gentilium nil erat aliud,  
*cultus Dæ-* quam cultus Dæmonum. At paulo supra dixi, nos Ma-  
*monum.* gos, quibus aliquid est cum Dæmone aut cultu impio-

negocij, sceleratos & nefarios censere. ER. Vis ne igi-  
*Pie cere-* tur concessam Magiam consuere & conflare ex Medi-  
*monie non* cina & Mathematica solis, an Religionis veræ ceremo-  
*debent ser-* nias superaddere, vt triplici iterum vinculo cohæreat?

*monire Magis* At nullo negocio demonstrari potest, sine sacrilego er-  
*vis cere-* rore non posse huc detorqueri pias ceremonias & ver-  
*moniarum* ba sacra, vt seruiant arti mirabilium effectrici constru-  
*qua fit.* endæ. Etenim ceremoniarum vis alia nulla est, quam re-  
 los incurrentes imperitorum intelligentiæ pariter &  
 memoriae seruiant. Evidem maiore intentione obser-  
 uant, quæ dicuntur & aguntur, fideliusque memoria re-  
 tinent. Seruiunt igitur solis hominibus significatione  
 corum intelligentibus, rerum naturalium insitas vires  
 & facultates nec mutant, nec augent, nec minuunt. Ce-  
 terum quod repræsentandi gratia solum à Deo institu-  
 tum est, pars artis esse nequit per quam admirabilia effi-  
 ciuntur. Plurimum enim differunt, ratione præditis ani-  
 malibus aliquid significare, potestateque aliam nul-  
 lam possidere, & rerum inanimatarum congenitas vi-

*Scelus est* res augere aut minuere. Quare grauissimè peccant, qui  
*ritus aut uer* ritus res pias & sacras significantes transferunt ad effi-  
*ba sacra* cientiam miraculorum, quorum causa neque à Deo, ne  
*transferre* que ab hominibus instituti fuerunt. Atrocius crimen  
*ad u. ius pro* illorum est, qui verba sacra huc inflectunt. Quoniā ver-  
*fanos.* ba, quoad verba sunt, nil aliud possunt, quam ex consti-  
 tuto significare. Et sacræ quidem Scripturæ verba no-  
 bis mentem & voluntatem Dei erga nos declarant, &  
*quid*

Quid vicissim à nobis petat monstrant, deniq; quomo-  
 do erga proximum affecti esse debeamus docent. Ab  
 hoc ipsis si traducamus aliò, primum quidem nos ipsos  
 turpiter fallimus, deinde in Deum verbumque eius in-  
 iurijs sumus, dum contra ipsius voluntatem ac manda-  
 tum verbo ipsius foedè abutimur. Non licet nobis reb:  
 à Deo ad salutem datis abuti ad res alias. Et ne audere-  
 mus grauibus comminationibus & pœnis vetuit, Exo-  
 di 20. Quamobrem nil aliud est *magia* Magica. (Sic e:  
 nim vocant aliqui partem τῆς μαγείας, quæ vel bonos  
 aduocat Angelos, vel etiam malos boni finis causa, vir-  
 tute sacrorum verborum sanctarumque ceremonia-  
 rum) quam Verbi diuini impius & turpissimus abusus.  
 pœna capit is in omnibus puniendus. Ex quibus perspi-  
 cuè intelligitur, Religionem veram non posse partem  
 esse Magiæ illius, quam tu naturalem & licitam esse ais.  
 Astrologiæ futilitatem, superstitionem, & impietatem  
 alibi demonstrauimus. Medicinæ vires tantas non esse  
 cum per se manifestum est omnibus, tum notissimum  
 tibi: nisi fortassis impia & detestanda sua mendacia tibi  
 persuasit Paracelsus. FVR. Occinis mihi identidem  
 priorem fabulam. Nimis sàpè iam dixi, me de sola natu-  
 rali velle intelligi, quæ ab omni superstitione sit immu-  
 nis. ER Ideo repeto sàpius, quod Magiam aliam nul-  
 lam reperio. Tu si aliam nosti, nobis indicato. Physicæ Magia null  
 dicis perfectionem quandam esse, & nihilominus ar- la est Physi  
 tem esse opinatis. Quomodo conciliabimus ista? Physi ces perfec-  
 ea est scientia, & circa vniuersalia versatur, finemque ha-  
 bet immotam cognitionem. At Magia tua est ars quæ-  
 dam circa effectiōnem mirabilium occupata, id est, sin-  
 gularia tractat, finemque habet, effectiōnem. Quamuis  
 enim artes veræ præcepta nonnulla generalia habent,  
 ad singularia tamen destinata directaque sunt: quibus si-  
 tute aptari nequeant, né præcepta quidem artis vocari

poterunt. Quomodo igitur Magia, hoc est, effectio seu operatio perfectio & finis fuerit Physicæ scientiæ? Hoc perinde est. ac si artes fabrilem, ædificatoriam, & murariam, fines & perfectiones statuas Geometriæ, aut Medicinam putes consummationem esse Physices. Non audiisti elegantes & scientes Medicos ibi artis suæ initia capere, vbi Physicus suam speculationem finit? Rogo te quis vnquam vixit excellens Philosophus & in Naturæ cognitione rectè versatus, qui Magus voluerit appellari? Qui cæteris antecelluerunt, hoc nomine laudari gauii sunt, quod præstantes essent ac haberentur Philosophi, Magos si quis nominasset, iniuria se affectos putauissent. Ita Galenus excellentis Medici nomen non illibenter audiuuit, Vatis, Ditiniatoris ac Magi audire non sustinuit. Contra in Magis res habet. Quotquot enim omnibus ætatibus in Magia laudati sunt, Philosophiz naturalis ac Medicinæ rudes fuerunt. Quis nescit Paracelsum tuum omnium bonarum artium fuisse imperitissimum, ac nihilominus Magiæ insignem sibi arrogauisse cognitionem? Quinimò per Magiam opera se mirifica fecisse gloriatur. FVR. An non Albertus Magnus, Rogerius Bacchon, & præter hos alij insignes fuere Philosophi? ER. Non nego eos illa ætate non infelicerint in Philosophia versatos fuisse, verum ad perdiscendam Magiam non habuisse opus magna Philosophiæ cognitione aio. Quod dico, non probat tantum, sed planè certissimè demonstrat, quod alij plurimi, qui magno post se interuallo prædictos in Magiæ operibus reliquerunt, planè rudes omnis Philosophiæ fuerunt. Certe Philosophi illi plura ex alijs de Magia transcripserunt, quam scricerunt: cum alij contra plura egerint, quam scripserint. FVR. Rursus delaberis ad profanam Magiam, de qua tecum non ago. ER. Mira res est, vis me de re quapiam magnificè loqui, quæ neque fuit aliquando, neque est, neque

*Ad perdi-  
scendā Ma-  
giam nō est  
opus Philo-  
sophie no-  
titia.*

neque erit vñquam. Hoc dicebam, Si esset eminentissima Philosophiæ naturalis noticia , tantum eius vñf quisque nouisset, quantum præstitisset in hac peritia cę teris. At summi Philosophi Magiæ omnis fuerūt exper tes:& qui cum sua Philosophia Magiam coniunxerunt, nullam aliam, quam detestabilem illam tenuerunt, cuius omnis vis consistit in ceremonijs, verbis barbaris, I maginibus, precationibus, exorcismis, characteribus, alijsq; talibus superstitionibus. An aliam illi viri nos Magiam docuerunt? Non arbitror. Ergo nullam aliam sci uisse eos doceri poterit: tametsi præclaros philosophos ætate illa fuisse nullus neget. Nomina mihi, si potes, v-

*Summi Phi  
losophi fue  
runt omnis  
Magie in-  
periti.*

*De Magia  
alia, quā sa  
perstitiona  
nullus scri-  
psit Philo-  
sophus.*

num aliquem Philosophum, qui de Magia scriptum aliquid reliquerit, quod non pertineat ad superstitionem atque infamem Magiam. Hoc si neque tu, neque alijs vñl- li monstrare poterunt, incassum laborabis, vt illam naturalem Magiam à Philosophia naturali distinctam ar tem nobis persuadeas. Quod si à Philosophis traditam dicas, negabo tibi Magiam esse. Quippe nulla pars naturæ Philosophiæ docet admirabilium operum naturæ visitatum morem egredientium effectionem. Sanè Philosophia naturalis corporum naturaliū affectiones considerat, naturæ vires excedentia non attingit. Nec est vñquam habitus pro Mago Aristoteles, qui Naturæ Philosophiæ partem felicissimè & copiosissimè sic ex posuit, vt nullus adhuc æquare, nedum superare eum potuerit. Taceo iam, quod tuus Paracelsus scribit, Magiam præter impressiones in corp° supernaturale, quas aliqui incantationes & superstitiones vocent, nihil tractare. Quibus & illud addi potest, quod Plinus ex Veterum sententia, ex Theologia, Astrologia, & Medicina consarcinavit, nulla Physices mentione facta. FVRN. Cum dicimus Magiam esse artem naturalem, quæ mirifica opera doceat facere, hoc volumus, opera illa edi

virtute rerum naturalium, ideoque naturalem esse, siue harum rerum speculatio ad Medicum sine ad naturalem Philosophum spectare contendatur. Naturalem vocamus, quomodo & Medicinam affirmamus artem esse naturalem. ER. Constat ex commemoratis Physi-

*Medicina non cōfert ad miraculorum effectionem.* ologiam non esse partem Magiae. Nunc ne Medicinam quidem ad mirabilem fabricationem conferre monendum est. Non enim puto longa hic opus esse demonstra-

tione. Etenim nulli vñquam præstantes & clari Medici, qui modo artem recta Methodo exercuerunt, pro Magis sunt habiti. Quis Hippocratem, quem non vno in loco Paracelsus excellentem fuisse Medicum fatetur, aut Galenum Magiae cuiuspam accusavit? Vterque Magia-

*Galenus.* detestatus est. Ac de Galeno quidem non dubitabit, quisquis eum legit attentè in lib. 9. & 10. de simpl. Phar. fac. cap. de Iaspide, de saliuia, & de stercore lupino. In Prefat. lib. 6. eiusdem operis Magica vocat μύθος θεάς γραψίας ληπτός, παγγαῖας τελείωγον εξω τῆς ιατρικῆς τέχνης, καὶ Ψεύδεις, indigna, quæ a Medicinæ studio lo attingantur. Xenocratem Aphrodiensem hoc nomine

*Hippocra-* perstringit, quod à Magia non abhorruerit. Hippocra- tes autem in lib. de Sacro morbo, qui primi hunc mor- bum sacrum nominarunt, videntur mihi, inquit, eius- modi fuisse homines, quales hodie sunt μάγοις οἵ τινες οὐδέται οὐδὲ ἀγύρται, καὶ ἀλαζόνες, qui se vehementer pios esse simulant, & amplius aliquid scire. Ergo si qua est Ma- gica, cuius Medicina pars quædā sit, eam viri illi prorsus ignorarunt. At artem Medicam ita tenuerunt, ut omni- bus huius præclarissimæ artis studiosis veluti Sol & Lu-

*Medic⁹ Na-* na, splendidissima cœli lumina, præluceant. Planius ex i- turæ est Mi- eo perspicitur res, quod Medicum constat Naturæ imi- nister. tatem & ministrum esse. Quoniam morborum cura- trices sunt Naturæ, non Medici, ut scitè ab Hippocrate scriptum est. Quare si quid accidit miraculosi in cura- tionis.

tionibus, non Medico id debet adscribi. Summa est, Medicina non docet miracula facere, sed motus naturę obseruare, ut conuenientes adiuuentur, vitiōsi prohibeantur. Naturas autem nostras qui miracula facere, quālia Magia pollicetur, opinatur, is miraculum & monstrum ipse est. Sanè qui in arte nostra cæteros superarunt, & ex felicitate curandi morbos clarum nomen adepti sunt, nequaquam Magi vocari voluerunt, sed elegantes & eruditī Medici. Magia promittit, quæ aliás impossibilia *Magia im-*  
*videtur, & quidem tempore breuissimo. Hinc Galenus, possibilia*  
*cum remedium aliquod commendat, quasi citò iuuās, promittit,*  
*incantationis instar prodesse ait. At Medici quātumuis*  
*excellentes & docti non curant celerius, quam corporum ægrorum naturę suas motiones perficiunt. Liquet*  
*igitur ne Medicinam quidem veram, ex qua nata Magia*  
*putatur, aliquid ei conferre. FVR. Arbitror hoc vo-*  
*luisse autores, cū ex Medicina ortam dixerunt: Medicos*  
*terum proprietates, vires, familiaritatem & inimicitiam*  
*p̄c cæteris inuenisse, explorauisse, ac notauisse. (Nulli*  
*enim alijs magis circa particularem hanc rerum omnium cognitionem versantur) & hac ratione alijs diligē-*  
*tius inquirendi occasionem & materiam p̄buiisse. Di-*  
*cunt enim Magum maritare cœlum terræ, hoc est, infe-*  
*tioribus vires ampliores à coelestibus deuocare. E.R.*  
*Sentētia Plinij videtur hæc esse, Medicos incepisse mor-*  
*bos curare eiusmodi remedij. Cum enim aliqui nihil*  
*haberent, inquit Hippocrates, quod exhibitum prodes-*  
*set, vt ne manifesta fieret ipsorum ignorantia, talia excōtes docet,*  
*gitarūt, vt amplius aliquid scire viderentur. Omnia hæc quomodo*  
*apponere ait diuinitatis gratia, vt curationem sibi ipsiis ex Medicina*  
*securam constitueret, quō, si sanus æger euaderet, ipsiis na Magia*  
*gloria & dexteritas ascriberetur: sin moreretur, in tuto*  
*positæ essent ipsorum excusationes. Huius rei causa va-*  
*tios p̄textus solitos adferre scribit, pedem supra pedē*

*Medici ma-*  
*ximè uerſā*  
*tur circa*  
*notitiā par-*  
*ticulariū.*

*Magus ma-*  
*ritat cœlū*

*terra.*

*Hippocra-*  
*tes docet,*  
*gitarūt, vt amplius aliquid scire viderentur. Omnia hæc quomodo*  
*apponere ait diuinitatis gratia, vt curationem sibi ipsiis ex Medicina*  
*securam constitueret, quō, si sanus æger euaderet, ipsiis na Magia*  
*gloria & dexteritas ascriberetur: sin moreretur, in tuto*  
*positæ essent ipsorum excusationes. Huius rei causa va-*  
*tios p̄textus solitos adferre scribit, pedem supra pedē*

non habendum, nec pallium nigrum, nec manum supra manum, & huiusmodi alia. His modis & artibus ex Medicina primum nata videtur Magia, dum imperiti nebulones suæ ignorantiae excusationem quærerent. Utinam non similia impedimenta hodie quoque cum ab alijs tum à Paracelsi discipulis proferrentur. Hac de causa herbas certis horis legendas, alia alijs rationibus præparanda præcepere, vt si curatio non succederet, effugium pateret. Sic, inquam, ex Medicina Plinius, Hippocrates, Galenus, alijs, natam intellexerunt, ac nos etiā clarè intelligimus. Alij ob eandem causam, quo res probabilior certiorque videretur, remedia admirabiles & naturalibus atque congenitis viribus longè nobiliores & præstabiliores accipere à sideribus finxerunt. Et ne

*Carim M<sub>1</sub>* fraus deprehendi posset, certis tantum horis & velut *gia princi-* punctis præparanda esse asseuerarunt. Qua ratione, cū *patri tene-* commentum placuisse, factum est, vt in hac Magia pri *at Astrolo-* mas semper tenuerit Astrologia: non quatenus vatici *logia.* natur, sed quatenus sidera diuinæ potentias rebus mu *tationi* subiectis largiri putauerunt. Nec difficile fuit hæc persuadere hominibus, cum & futurorum causas omnium crederent, ac Deos esse plurimi opinarentur.

*Astrologia* *omnium impiarum artium* *scaturiginem* *fuisse.* Cæterum, quod ad institutum præsens attinet, Medicos rerum natura *lium* *potestates* *diligentius* alijs multis rimari verū est. At cum cœlo maritare, vt ab eo dotentur viribus nouis & maioribus, quam ex sua natura obtinent, falsissimum est. Audisti nuper quanti has nugas æstimet Hippocrates: & quid Galenus de illis senserit, qui herbas sub cœli positu aut certorū nominū admurmuratione colligendas docuerunt. Ut clarius vanitatem hanc vi *deas*, responde mihi ad interrogata. Imaginare aliquem in certo

in certo siderum positu metallum aliquod fundere, fin  
 gere, exornare, certamque effigiem insculpere; idque; sic  
 virtutem iuuandi comitiales, exempli gratia, nācisci co  
 gita. Quæro igitur ex te, vtrum putas hanc cœli figuram *Vires cœle*  
 vires suas in hoc solum metallum, quod Magus nunc *stes latè dif*  
 tractat, demittere ad perpendiculum, an verò diffundere. *funduntur.*  
 re in totum hemisphærium arbitreras? FVR. Longè la  
 te que spargi credo, & res multas instar luminis solaris  
 contingere. Cum enim vires istæ instar radiorum ex to  
 tis astrorum corporibus emanent: & quæ videtur astra  
 terra sint maiora omnia: non possumus aliter cogitare.  
 Adde quod nunquam certus esse posset artifex, vtrum  
 aberrasset cœlum, & in aliud corpus potius incidisset. si  
 quidem instar filamentorum defluerent cœlestes illæ  
 virtutes. Puto tamen has imagines faciendas, cum figu  
 ratio supra terram extat. ER. De hoc aliâs. Quæro se  
 cundo, vtrum existimes eandem virtutem illam omni  
 bus rebus, quas contingit, vires suas infundere, an soli  
 metallo, quod Magus versat? FVR. Si ipsam vim cœli *Cœlestes u*  
*tus delapsam* inspicias, eadem est omnibus. At non om *res eadem*  
 nia eodem modo apta sunt recipere. Sol idem est luto *omnia affi*  
 & ceræ, quamuis ab una eademque solis potestate illud *ciunt eodē*  
 induretur, haec liquefiat. ER. Quæro tertio, vtrum cœ  
 lestes influxus diuersè afficer opineris res sublunares *modo.*  
 propter diuersas earum naturas, an ob aliud quippiam. *Subluna*  
 FVR. Propter naturam cuiusque suam res mutari & af  
 fici peculiari modo, censco. Quoniam res quælibet a  
 ctionē agentis recipit, quomodo recipere apta est. Non *ria pro na*  
 enim posset agens unum res differentes eodem tempo  
 re efficere, si pro natura agentis patientia mutarentur.  
 Attamen addo hanc ab arte iuuari, & veluti disponi ad  
 receptionem faciliorrem. ER. Putas ne igitur naturam  
 metalli, quod Magus fundit ac format, ex fusione & for  
 matione mutari? FVR. Minime. ER. Pro sua igitur na

tura cœlestes influxus & recepit antea, & recipiet etiam deinde. FVR. Omnino. ER. Velim hoc etiam scire, utrum saepius appareant in cœlo figure pro sen-

Cœlifigu- penda tali figura efficaces. FVR. Si semel tantum appa-  
rations ea rent, non posset experientia huius rei vlla haberi: ac fru-  
dem rede- stra doceremur talia fabricare, si nunquam daretur op-  
unt.

portunitas. Redeunt ergo tales figure pro sen-  
quentius aliae rarius. ER. Vana igitur ac putida est pre-  
paratio artificiosa, cum iam antea materia recepta sit, ac  
deinceps quoque receptura sit eandem facultatem.

FVR. Falleris toto cœlo. Non enim potuit suscipere ad  
uenientem ex astris potentiam, antequam sic præpara-  
tur. ER. At dicebas propter naturam suam recipere,  
nec eam à præparatione dari vel adimi. FVR. Sed addi-  
di opus insuper esse artis illa figura.

ER. De hac  
re paulo post fusè agemus: nunc te ponere volo, pro-  
pter artis exornationem neque amplius neque minus  
aliquid astra his rebus donare posse. FVR. Hoc si de-  
dero, viceris equidem. At in hoc cardine versatur tota  
causa. Quamobrem non impetrabis hoc à me, priu-  
quam verum ostenderis. ER. Hoc ergo in suum locum  
reieco, illud solum dicam. Si res quelibet pro natura  
sua vires è cœlo suscipit, ac præparatio naturam nec de-  
dit nec abstulit, necessarium est, si nunc aliter recipit,

*Ars naturā* quam ante, vt ars impedimentum aliquod sustulerit.  
*non mutat.* At nihil detraxit præterquam fortasse sordes aliquas: à

quibus qui cœli vires occultas impediri arbitratur, om-  
nis est Astrologiæ rudis. Etenim his facultatibus nihil  
obstare aiunt, sed penetrare per saxa quævis, & in pro-  
fundo terræ creare, formare, viribusque donare confir-  
mant. Mutauit artifex figuram, & forte molliorem redi-  
didit materiam. Sed hæc & his similia nec promouent,  
nec retardant cœli actiones. Nec etiam infusam mate-  
riam facilius subit vis cœlestis, quam in concretam &  
duram,

duram, ut ex dictis patet. Inanis itaque est, ac frustra adhibetur, ista præparatio. Non enim, puto, cœlum facitis animal, quod venustate figuræ aut dilecti à se characteris, velut precibus moueri & persuaderi solitum sit. Sed quæro ulterius, an impressam effigiem astra porrò vires suas materiae communicare possint? F V R. Nihil pro-

hibet. E R. Astrologorum doctrina continet minuto quolibet diuersissimas virtute ascendere figurentes, vt infantes eodem fermè tempore, (sed non eodē puncto tamen,) natos necesse sit ortus sui figuram virtute habere diuersissimam, & sæpenumero planè contrariā. Quod si verum est, nunquam certus esse potest, qui me tallum parauit ac effinxit, an paulo post ascendens coeli figura omnem priori efficaciam tollat. Si autem falsa est Astrologorum doctrina (de quo tam sum certus, quam scio certò me esse hominem) necessarium quoque est, Magorum opinionem falsam esse. Quare corruerunt necessariò quæcunque huic fundamento superstruxerunt. At superstruxerunt sua omnia. Quare nihil aliud est Magia, quam mera & impia vanitas. F V R. Quid si dicat aliquis artificiosam figurentem hoc dedisse, vt, quam in præparatione virtutem cœlitus hausit, omni tempore deinde sic seruet, ut à consequente elidi ac deleri nequeat? Memini Paracelsum simile quiddam de Persicaria euulsa tradere. Non amplius, inquit, commer- Pericaria euulsa opere. Paracel. de

cium habet cum sideribus, cum decerpta est: at dum vi euulsa opere. etiam te oportet, ab arte non impediri cœli actionem. Quis, queso te, (præter impios Magos & superstitiones Astrologos) homo intelligens putet artificem cœli operationem impedire & prohibere, ne agat insubluna-

Figure cœli virtute sunt diuersissime a deoq; contrarie.

Magia merita est ac impiam vanitas.

ria, quod De<sup>o</sup> agere voluit ac iussit? Qui naturas mutav actionem cœli nō circumscribit ac limitat: sed quia res oēs pro naturarū diuersitate diuersē patiuntur, vt nūc aliter patientur, quam prius, efficit. Hic naturale nihil mutatum ponimus. Quid verò, si probem, vires illas, quas in sideribus insitas falso comminiscimini, vix momento durare? F V R. Cupio audire. E R. Vltro mihi dabis, spero, occultas illas potestates, non esse qualita- tes elementares, sed planè abditas insensibiles & spirituales. F V R. Sic est. E R. Fateberis etiam proprias esse certorum siderum. Si enim omnium essent communes, fatuum esset putare à certo certarum stellārum positu plus conferri, quam à quibusvis alijs quo- modocunque concurrentibus. F V R N. Fateor. E R. Concedes igitur essentiales esse, non accidentales: cum accidentibus non perinde alterentur sidera, vt hæres fluxiles & in momenta ferè mutabiles. F V R. Conce-  
do peculiares siderum singulorum virtutes ab essentiis

*Vires occulta & peculiares ab essentia cuiusque rei proficiuntur.* eorum proficiisci: & cum non sit eadem omnium essentia, nec proprietates in omnibus easdem esse. Attamen accidentibus nihil hic tribuendum, constanter nego. Etenim stella Martis, exempli gratia, tametsi aliam habet potentiam, quam Mercurij, tamen augetur, corroboratur, minutitur, impeditur, ac hebetatur ea, prout hoc vel illo modo radios cum cæterarum radijs miscet. E R A. Periti Astronomi non in cœlo misceri radios, sed hic in terra, in qua, vt in puncto, coincidunt, opinantur. Sed nobis sufficit, effectus hos nasci à proprietatibus stellarum ac radio: um mixtionibus, propter mutuum

*Vires ab essentia pro manentes non sunt esse possunt.* eorum aspectum, vt vocatis. Sic igitur colligo. Occulta, insensibiles, & spirituales rerum vires ab essentia earum separari nō potest. et sunt essentiales & propriæ. Ut enim essentia unius nō

poteſt eſſentia eſſe alterius, ſic non poteſt eſſentiæ vi-  
tus & facultas propria extra eſſentiam finci, cuius eſt  
proprietas. Vnde non poteſt facultas ridendi, loquendi,  
numerandi, finci in alio corpore, quam rationali ani-  
ma prædicto. Nec poteſt lumen Solis inueniri ſine Sole,  
ſed neceſſarium eſt, vt cum eo abeat ac veniat. At cœle-  
ſtium facultates, de quibus hic agimus, non ſunt ele-  
mentares, nec ſenſiles, ſed occultæ, propriæ, ſpecificæ  
ſeu indiuiduæ, inſenſiles & omnino spirituæles. Cum  
ſtellis ergò ſuis abeunt ac redeunt, in re alia tam non re-  
manent impressæ & infixæ, quam non manet in aere lu-  
men Solis, ipſo recedente. Ergo multò ſunt hæ vires in-  
ſtabiliores lumine Solis. Hoc enim quoconque aspectu  
alia ſidera Solem intueantur, aerem pro eo tempore,  
quo ſupra terram Sol eſt, ſimiliter illuminat, modo nul-  
lae interponantur nubes, aut alia corpora. Reliqui Plane-  
tae magis impediuntur ac motu magis vario mouen-  
tur. At hiſ permutatis, imposſibile eſt priores vires con-  
ſistere, ſi modò Astrologorum poſitiones veræ ſint, vt  
nunc ponimus. Itaque non magis retinebit imago ſub-  
certa conſtellatione fabricata, conſtellationis illius fa-  
cultatem, quam malleus, aut culter artem artificis reti-  
net, poſtquam à ſe depositum. Calamus, quo quis ſcribit,  
nihil artis pingendi amplius habet, cum primum ē ma-  
nu ſcribentis excidit. Minus porrò aptæ ſunt imagines  
illæ ad recipiendum illiusmodi vires coeleſtes, quam ca-  
lamus ad retinendum artem ſcribendi. Etenim fre-  
quentior eſt in opere manus, quam coeli figuren-  
tiae & raro ſiunt, & vix momento durant. Vides ergo  
quam infeliciter maritetis Imagines veſtras? Dos, quam  
expectatis, perijt citò, nimisque lubrica eſt. Alium qua-  
tere Magos ſponſum conſtantiorem oportet, qui fir-  
miorem & certiorem promittat dotem, nec tam facile  
ſoluat coniugium. FVR. Non eſt omnino verum, vir-

Inſtrumenta  
non habent  
artem in ſe  
artificis  
permanen-  
tem.

tutes cœlestes non manere stabiles. An non Sol post se  
relinquit in acre & terra calorem? E.R. Non hic agim'  
de qualitatibus elementorum sensibilibus, sed de inten-  
sibilibus, & ipso lumine magis spiritualibus. Deus vo-  
luit Solem lumine suo generare calorem elementis cō-  
uenientem. Hunc generat ergo non in momento, sed  
in tempore. Vos autem de viribus loquimini in momen-  
to, ac sine motu, resistentia, & alteratione passi infusis.  
Plus ergo hic discriminis est, quam inter lucem & tene-  
bras. Sed præstat, puto, argumentum hoc, quod per se a-  
liâs perspicuum satis est, sacratum insuper literarum te-  
stimonio confirmare, vt omnis exitus omnibus præclu-

**Horarum**  
**& dierum**  
**electio pro**  
**hibetur à**

datur. Prohibet enim Deus, & quidem sub grauissima  
poena vetat, horarum & dierum electionem facere. At  
eligit verè & propriè horas & dies, quisquis sub certis

**Deo.** coeli constellationibus eiusmodi agit, atq; alijs temporib-  
us & horis locum non esse credit. Quocirca non so-  
lum frustratur spe sua, quisquis talia tentat, sed, quod  
multò grauius est, in poenam incurrit ab ipsomet Dco  
talibus impositam. FVR. Si in legem Dei peccant, qui  
certum tempus eligunt, delinquunt omnes Medici, qui  
herbas alias vere, alias æstate, alias autumno legere do-  
cent. Peccauit grauissimè Hippocrates, qui certis sideri-  
bus orientibus & occidentibus medicamenta offerte  
vetat. Errant omnes homines, qui alijs temporibus alia  
negocia inchoant & perficiunt. E.R. Cum electionem  
dierum & horarum Deus prohibuit, non hoc iussit ne  
sensibiles aeris qualitates obseruaremus. Non enim  
hoc voluit, vt hyeme semina terræ committeremus,  
aut tempore non congruente meteremus: sed hoc præ-  
cepit, vt propter varios siderum motus & positus, quos  
Constellationes vocant, ne putaremus horam vnam fe-  
liorem alia esse. Proinde non erant Medici, qui alijs  
temporibus herbas legūt siccas, alijs humidas, alijs cali-  
das

das, alijs frigidas. Nec errant, qui alias in flore, alias post  
 natum semen, alias antequam adoleuerint, legunt. Mul-  
 tò minus accusari poterit Hippocrates, qui sub cane &  
 ante canem vacuationem prohibuit: Non enim horum  
 siderum situm in cœlo nos inspicere voluit, sed aeris  
 mutationes, quæ illis temporibus accidere plerunque  
 solent, obseruandas imperauit. Ratio similis est in alijs  
 Summa est hæc. Deus non improbat, imò laudat ac mā *Deus nota-*  
 dat sensibiles aeris notare mutationes: eiusque rei cau- *improbat*  
 sa cœlum ita varie pinxit, ut pro diuerso ortu & occasu *obseruatio-*  
 certorum siderum homines anni tempora distingue- *nes mutati-*  
 rent. Scis enim saltem ante Iulij Cæsaris tempora, om- *num aeris*  
 nes ferè habitati orbis Gentes anni tempora siderum *sensibiliuum*  
 clariorum & notiorū ortu occasuq; circumscribere so-  
 litas fuisse. Ut aliunde non cognoueris, ex Galeni Com-  
 ment. in Hippocr. Epid. libros discere potuisti. Pruden-  
 ter quoque facinnt, qui certis tempotibus ligna cædūt,  
 quæ durabilia esse volunt, quatenus vno tempore hu-  
 more magis abundare quam alio compererunt. Om-  
 nes isti sensibiles mutationes obseruant, non certas di-  
 ei horas solum idoneas iudicant, quia videlicet talis  
 quidam in cœlo stellarum sit positus, sed quia vident ac  
 sentiunt in acre alijsque rebus affectionem certam a-  
 desse. Non peccat Agricola cōtra legem Diuinam, cum  
 fructus metit post maturitatem sensu perceptam. Nec  
 vinitor legem Dei violat, cum vuas certo tempore le-  
 git, quo maturas deprehendit gustu, yisu, tactu. Ratio  
 par est aliorum. Manifestum hoc est ex illo, quod Agri-  
 colæ non seruant temporis aliquod punctum sine ho-  
 ram certam, in qua hoc vel illo modo sese mutuo inspi-  
 ciant Planetæ, sed iudicant totum illud tempus aptum,  
 quod temperaturam habet rebus illis peragendis con-  
 gruentem. Ergo cum Deus vetuit dies & horas obserua-  
 re, non hoc prohibuit, sensibilem & commodam aeris

**E**lectio ho- temperiem rebusque agendis conuenientem eligere  
 rarum que sed ne in ipso tempore propter coeli ac siderum respe-  
 sit à Deo ctus, aut alias eiusmodi causas, felicem aut infelicem  
 prohibita. causam quereremus, sanxit. Verè igitur hanc legem Dei  
 transgrediuntur, quicunq; assuerare audent certa ho-  
 ra propter certum siderum schematismum aliqua feli-  
 citer inchoari, que vel ante vel post non similiter fausta  
 futura fuerint, propter infausta tunc regnantia sidera.  
**F**VR. Si potes, oro te, ut alij firmioribus argumentis  
 demonstres coelum non conferre admirandas rebus vi-  
 res. Nondum enim acquiescere in adductis possum. ER.  
 Tametsi decreueram hanc rem infra disputare, vbi de  
 Diuinatione agetur, tamen non grauor nunc adduce-  
 re, quæ huic instituto seruiunt. Sic igitur accipe. Cœlū  
 Cœlum nō confert re- in se virtutes illas, de quibus præsens est concertatio,  
 bus uires non habet. Quare terrenis his rebus donare eas non po-  
 admirādas. test. Et quod hisce facultatibus careat, ex eo satis peripi-  
 citur, quod causa est corporata & vniuersalis & com-  
 munis: quæ omnibus rebus eadem est, idemque hoc lar-  
 gitur omnibus, quod vni alluci contribuit. Quæ porro  
 natura sit causæ communis, supra exemplo gallinæ di-  
 uersis ouis incubantis declarauit. Idem hoc breuiter  
 nunc repetam, quoniam qui hanc rem probè intelli-  
 git, ex omnibus labyrinthis Astrologomagorum facilli-  
 mè se expedit. Pone igitur Gallinam diversis incubare  
**Causæ com-** ouis, fœcundis & infoecundis. Et fœcunda quidem di-  
 munis na-  
 tura. uersi generis sunt: gallinarum, anserum, anatum, pha-  
**Exemplum** sianorum, auium aliarum, bombycum, serpentum. Po-  
**Gallinae o-** ne, si libet, etiam la pillos & herbarum semina, & si quid  
 uasouentis præterea velis, ei subiecta simul fuisse.) His, inquam, om-  
 nibus, si gallina incubet, uno eodemque calore præcīte  
 calefaciet, non alio atque alio. His igitur calor unus & i-  
 dem existens, diuersissimos effectus vnicâ actione, cale-  
 cione scilicet, parit. Etenim qua infœcunda putrefacit,  
 fœcun-

sœcunda animat: atque ex eis pullastros, pipones, anser  
culos, auiculas alias, bōbyces, serpentes, diuersissima na-  
tura, viribus, moribus, forma, animalia excludit. Lapil-  
los autem atq; alia, quæ ab hoc calore essentialiter mu-  
tari non sunt apta, impermutata relinquit, tametsi eo-  
dem modo, quo oua, calefecerit. Eam ob rem commu-  
nis est, ac dicitur esse causa, quia scilicet vni tantum tri-  
buit, quantum alijs, hoc est, quia vnica facultate seu a-  
ctione omnia æquè afficit. Sic Sol vna & eadem calidita-  
te, tempore videlicet vno, terram & in ea existentes ra-  
dices ac semina calefaciendo, res totis generibus discre-  
pantes producit. Ex his clarissimè videmus, quæ sint  
communis causæ proprietates. Prima est, vt vna illa sua  
facultate, cuius ratione communis dicitur, eodem mo-  
do & eadem virtute agat, id est, in omnia vnum eun-  
demque effectum imprimat. Si enim aliud tribuat vni,  
& aliud alijs, iam non erit communis omnium. Sic in  
subiectis rebus omnibus calor gallinæ generat calorem  
communem arque vnum. Vnum dico, quatenus ab v-  
na causa profiscitur. Non vnum autem, quatenus in  
diuersis subiectis diuisus est. Secunda est, vt res, quarum  
dicitur causa esse, aptæ sint recipere communem illum  
effectum. Agens enim & patiens referuntur: nec potest  
aliquid vocari agens si non adsit patiens. Tertia est, vt  
commune agens particularium effectuum per se nul-  
lum generet absque coniunctione agentium particula-  
rium. Sic gallinæ calor nunquam generabit anserem  
seu pullum gallinaceum absq; ouis idoneis. Sic Sol nua-  
quam generabit equum aut hominem, sine equo aut  
homine. Quippe communis causa est causa adiuuans  
solum, & sine qua non possunt particularia agētia suos  
effectus procreare: Quoniam excitat, roborat, & confir-  
mat insitam in re qualibet facultatem. Hęc si transferas  
ad coelum, quod generalissimam & communissimam

Cause com-  
munis pro-  
prietates.

Cause com-  
munis est  
causa adiu-  
uans tantū,  
& sine qua  
non.

inferiorum caussam nemo esse dubitat , perfaciè vicitatem perspicies. Primum certum est , cœlum quousque tempore vno cunctis rebus vnam & eandem communem facultatem demittere , non vni rei vnam , alijs alia largiri. Etsi enim pro diuerso rerum situ magis minusq; ab eo afficiuntur , tamen vnicam omnes virtutem suscipiunt. FVR. Et quid aliud dixit Paracels. in lib. de magna Philosophia , cum influentiam cœli affirmauit esse velut congestum ignem ex omni genere lignorum rem quamque pro sua cuiusque dispositione coquenter? Afferit ibidem Solem vnicam habere proprietatem , sicut ignis calefaciendi facultatem. ER. Non mouetur huius hominis verbis : cum quod recte aliquando dixit , nunquam seruet , sed eis abiecit falsa & absurdâ substi- tuat , falsa autem falsis plerunque augeat. Rerum vniuersarum natura nos cogit ita sentire , ut diximus. Deinde certum est , omnia hæc sublunaria cœlestem vim recipere. Tertio constat , cœlum absque particularibus causis particulares effectus hic nullos creare , sed tantum communes suas vires æquè omnibus communicare. FVR.

*Quia si ex putri ma- teria uer- mes , mu- res , &c. ge- nerentur.* Quasi verò non quotidie videamus , cœlos ex putri materia tum animalia tum plantas generare. ER. Quod à cœlo ex putri terra mures , ranæ , vermes , herbae , gene- rantur , non solius cœli opus est , sed cum cœlo materia proprietas , & in ea insitus calor vim talem habens. Vt enim ouorum calor insitus , si ab externo tempore conueniente non foueat & augeatur , animal efficere ex icta sibi materia (etsi pro animalis generatione sit idonea) nequit , ita etiam , qui in putridis rebus calor inest , cœlestis caloris ope & auxilio eget. Format autem animal , nō calor cœli , sed insitus in materia , ab illo auctus & confirmatus. Hinc est , quod non ex qualibet materia putri quodlibet generare valet , sicut nec gallinæ calor ex ovo quolibet pullum excludere potest quemlibet.

Quod

Quod si vel hic absque ingenito in ouis calore vel cœlestis absque innato & interno cuiusque rei spiritu generare possent, generaret gallina ex ouo quolibet autem quamlibet, atque cœlum ex re quavis educeret quiduis. Tantum igitur rebus peculiariter tribuit generalis & communis virtus cœlorum, quantum prius res singulæ habuerunt, dum earum calorem roborando facit, ut pro insitis à creatore viribus agant. FVR. Quid tandem concludes? ERA. Hoc volo monstrare, cœlum, quia causa est generalis & communis, tempore quo libet unicum effectum rebus cunctis immittere, à quo singulæ impellantur vel adiuuentur ad agendum hoc, quod agere pro sua natura possunt. Hæc virtus communis à Peripateticis appellatur calor, qui per motum cœlorum varium variè impertitur sublunaribus: Vnde anni temporum varietates atque rerum dissimilitudines oriuntur. Particulares illas vires Platonici confinxerūt, qui singulis stellis singulos Dæmones attribuerunt, res vires rumque talium opifices constituerunt. Horum opinio Paracelsus sequitur: qui spiritus, Ascendentes, Fābros, & nescio quibus alijs nominibus nominat: corporis cœli & stellarum potestates tales adscribere nullus eruditus ausus fuit. Cum Peripateticorum doctrinam pulcherrimè faciunt Sacrae literæ, quæ sideribus facultatem aliam attribuunt nullam, quam illuminandi, diem & noctem distinguendi, anni tempora variandi & significandi, quæ lumine caloreque cœli perfici ne asinini quidem homines dubitant, quibus vel tantillum est rationis reliquum. FVR. Sacrae literæ non negant alias in cœlo vires contractiores. ERA. Nullas cœlis affigunt, quæ non possint ac debeant lumini & calori acceptæ referri. Si alias inesse contendas, interrogabo vtrum communes sint, an peculiares & propriæ? Si communes esse dicas, credit prior quæstio. Etenim communem

Cœli actio  
est calcface  
re & illu-  
minare.

Peripateti-  
ci sacræ li-  
teris con-  
sentient.

in hisce sublunaribus effectum producent, particulare  
*Res genera- nihil efficient. Res autem non per id differunt, quod ha-*  
*biles diffe- bēt commune, sed per hoc, quod singularum est pro-*  
*rūt per id,* *prium. Nullas itaque vires inferent peculiares. Si pro-*  
*quod singu-* *prias affirmes, absurdissima & falsissima consequentur,*  
*larum est* *ut enim exemplum supra positum de plumbi lamina*  
*proprium.* *pro Comitialibus sanandis fabricata, seruemus, quo*  
*ex te vtrum virtutem figuræ, sub qua paratur lamina, e-*  
*tiam res alias attingat, an in solam laminā descendat?*  
*Hoc dici non potest, vt ex supra dictis liquet. Ergo cum*  
*res alias omnes contingat, sed alijs nullis virtutem sua*  
*donare possit, maxima ex parte ociosa erit. hoc est, fru-*  
*stra rebus alijs aderit. Frustra quoque figuratio illa ex*  
*toto erit, quotiens forte nullus Magus laminā illo mo-*  
*mento præparare cogitabit. Præterea non mutabuntur*  
*res elementares, pro sua quæq; natura, à coelorum po-*  
*tentijs, dum pars maxima rerum à talibus viribus occul-*  
*tis prorsus nihil patientur. Si enim pati afferas, commu-*  
*nem facis. FVR. Esto, hac facultate non moueant, alijs*  
*tamen mouent. Quippe non vnam solam habent mo-*  
*uendi potentiam. Quamobrem non possunt existimari*  
*frustra conditæ & ociosæ. ER. Hæc certè facultas fru-*  
*stra tunc aget, quicquid de alijs putemus. Deinde que-*  
*res peculiares? Nam generales sensibus percipimus &*

*Exemplum menté intelligimus. FVR. Experientia docuit, sicut &*  
*Nobilis Co lia pleraque. Non dum, arbitror, oblitus es, nobilis illius*  
*miales nuper mortui, qui complures iuuassevisus est plumbico*  
*charactere charactere de collo suspenso. Quanquam fateor, hos*  
*plumbico iu non fuisse sub certo stellarum situ fabricatos, sed ad-*  
*uantu. murmuratione quadam & iejuniorum atque precatio-*  
*num impositione certo die fuisse appensos. ER. For-*  
*Menecra- tas Menecrates Medicus, cuius apud Athen. fit méto-*  
*tes Medic⁹ huiusmodi laminam architectatus fuerat, cū ob huius*  
*morb⁹*

morbi curationem Deus salutari & haberi voluisset. Egliberè tibi dico, putidissima esse mendacia, quæ de talium experientia nugantur Astrologi. Abundè iam est ostensum, coelos eiusmodi vires nullas habere. Nec ex lamina salutarem hanc virtutem obtinet. Ab arte multò minus accipere potuit, vt mox intelligitur. Quare si quid tale contigit, ab alia virtute profectum fuit, nempe à Cacodemone. Quia verò non puto Dæmones *Dæmones* veram Epilepsiam tollere posse, illos curauit, quos affliti *non curant*, ac si Comitiali morbo laborarent. Hos, inquam, affliti *uerè Epilepticos*.  
 gere desijt, appensa tali lamina. Signum est euidens, quod infinitis non profuerūt quicquam. Quare vel casu aliquis conualuit, vel quo dixi modo rectius habere visus est. Evidem nobilis ille paucos, & fortasse nulos adultos curauit, sed ferè pueros: qui sàpè hoc morbo corripiuntur, & nullo etiam remedio adhibito liberantur. Hos remedij facilè plerunque curari nullus nescit. Alligata ergo fuit lamina casu, quando sanari coeperūt vel sponte sua, vel medicamentorum viribus. Quippe vel causa sanitatis, vel signum, vel accidens, lamina talis. Caula esse non potuit. Non enim virtute hac præditum est plumbum. Nec ex arte accepit: vt per se notum est. Nec à cœlo dari potuit: vt demonstratum est. Ergo cum aliunde donari hac facultate non potuerit: ne causa quidem fuit. Signum autem si fuit, non fuit naturale. vt patet. Nec à Deo institutum, qui talia damnat. Fuit ergo signum Dæmoni, quo invitabatur ad curationem ex occulta pactione. Si neges signum fuisse, nihil est reliquum, quam vt accidens fuerit: ac si tonitru edito aliquis à febre liberetur, natura morbum superante & expellere noxia conante. Ergo firmissimè probatum nunc est, pars rationis argumentis, partim sacrosancti verbis Dei testimonijs, coelum vires illas occultas non habere, quas Astrologomagi suis imaginibus ab eo infundi

character  
 vel causa  
 vel signum  
 vel accidens  
 sanitatis.

aiunt. Hoc autem coniugio soluto, siue hac via dota-  
di sublata, è medio sublata est naturalis illa Magia, quæ  
ars quædam admirabilium operatrix à Medicina & Phi-  
losophia naturali distincta, sed ex harum cum cœlo cō-  
iugio & copulatione quadam nata, putabatur. Docere  
vel illud nos poterat, non secus rem habere, ac diximus,

*Quæ de  
Magia scri-  
pta sunt, o-  
mnia perti-  
nent ad ne-  
fariam.*

quod quæcunque de Magia, vt de separata arte scrip-  
ta extant, ad nefariam & ſceleſtam Magiam pertineant.  
Semper excipio, quæ Neapolitanus ille congeſſit vera  
& certa deſtructuum cōformationibus, conſeruatione,  
condiēdi ratione, de iſtitutione varia, & alijs talibus. Mu-  
ta his miſcuit, quæ tam vera ſunt, quam verum eſt aridū  
& mortuum pulegium de trabe ſuſpēſum circa brumā  
reuirescere & florere. Quod ideo moneo, ne quis me

*Magia Nea* simpliciter putet omnia probare. Cæterūm non debet  
poliani ue hæc Magiæ nomine vocari. Primum quidem, quia à  
ra, non de- peritis & ingeniosis Agricolis rectius efficientur, quam  
bet uocari ab cruditissimo & planè consummato philosopho. De-

*Magia.* inde quia non ſiunt ſupra & præter naturæ ordinem. Nec  
admirationem ſui eam continent, quam habent, aut ha-  
bere ſaltem omnes putant, Magica. Demum quia ple-  
raque non ſiunt citius, quam naturæ ratio ferat. Omnes  
autem homines, quæ vi incantationum perficerentur,  
citò perfici exiſtimarunt. Vnde Galenum quoque ſu-  
pra monui remediorum efficientiam, quæ efficaciter &  
citò agunt, incantationum virib⁹ comparauifſe FVR.  
Profectò effecisti, vt vehementer incipiam dubitare, an  
ſit aliqua Magia naturalis, qua mirabilia efficiantur. Si  
conſtiterit, artificialem præparationem nihil conſer-  
ad nobiliorem & diuiniorem cœleſtiū virtutum fuſce-  
ptionem, valdè equidem vereor, ne coniugium Magi-  
cum verè ſit Magicum, id eſt, vanum & præſtigiosum, ac  
ſponsa abſque dote maneat. E R. Magiam nullam alia  
inueniri miraculorum effectricem, quam prohibitam

& infamem, aperte ostendi. Nunc ratio instituti postulat, ut de speciebus nonnulla dicamus. Ergo Magia par-  
 tes principes sunt duæ, operatrix mirabilium, & diuina-  
 trix. De diuinatrice postea, nunc de operatrice disputan-  
 dum, quam γοντεῖαν & ἐπωδὴν vocari diximus, quod car-  
 minibus & exorcismis vtatur. Species huius totponi  
 possunt, quot sunt instrumenta, quibus vti solent Magi.  
 Utuntur porrò barbaris nominibus, precationib. exor-  
 cismis, verbis etiam sacris, ceremonijs varijs, charac-  
 teribus, imaginibus, & figuris. Nos de his speciebus preci-  
 puè disceptabimus, quæ ad artem Medicā proprius per-  
 tinent. Et primum quid Imagines, figuræ, & characteres  
 præstent, considerabimus. Obiter etiam de *wegatflos*  
 alijs ac ligaturis vocatis nonnulla monobimus. Post hæc  
 de verbis tum sacris tum barbaris differemus. Tandem  
 de Philtris, quæ ad *Φαρμακίαν* referuntur, & Lamiarum  
 viribus in curando & ledēdo aliquid adiiciemus. FVR.  
 Placet modis omnibus, cum præsertim desiderem audi-  
 te, quantum ars in hac re Naturæ commodare valeat.  
 ER. Debeo monstrare, Imagines arte factas nihilo plus *Imagines*  
 à cœlo accipere, quam materia, ex qua factæ sunt, reci-  
 pere potest. Quanquam apud æquos rerum æstimato-  
 res non est opus multis argumentis, tamen aliquibus *Artificiosæ*  
 partim à cœli natura, partim à patientium habilitate,  
 partim à viribus artium petitis propositum confirma-  
 bimus. Ergo cœlum supra ostendimus causam esse ge-  
 neralē & communē, & proinde effectum produce-  
 revnum rebus omnibus communem. Ex quo necessa-  
 rior sequitur, particulares vires, quibus inter se res diffe-  
 rent, non à cœlo rebus inseri, sed omnibus iuxta cuius-  
 que naturam prius inesse. Cum enim vnam eandemq;  
 omnibus imprimit qualitatem, & haec res singulas con-  
 firmet ac veluti ex somno excitet, quò pro naturæ suæ  
 quaque viribus agant, sic prius habere quamque suam

*Magia par-*  
*tes principi-*  
*pes due.*

*Species Ma-*  
*gicæ opera-*  
*tricis.*

naturam oportet, quomodo suo quodam fœcundo calore & spiritu sua prædicta esse necessum est, ex quibus gallina fotu suo pullum debeat excludere. Has singularium naturas, cum cœlum non dederit, sed tantum generali sua facultate dispenset ac gubernet, nullus non videt, nihil Imaginibus cœlum dare proprium & peculiare, sed hoc solum in materiâ inprimere, quod in res alias vniuersas tempore quois in primis. Qui aliter sentiunt, præsupponunt cœlum dare rebus formas & vires suas, quod superioribus argumentis falsum & impossibile declarum est.

**Cœlum nō tribuit rebus omniis suas peculiares.** Cœlum sanè his rebus neque materiali tribuit, neque formam sine auxilio causæ propinquæ & verae. Quare ne proprietates quidem largitur, quæ vel materiae vel formæ vel compositi sunt omnes. Et

**Vnde rebus omnibus sue proprietatis.** quid est hic plurib. opus? Sacra scripturâ fallere nesciēs docet rei cuique suam naturam, suasque vires, proprietates, in creatione à Deo inditas: ac potestatem insuper contributam esse se se conseruandi, & cum viribus eiusdem propagandi. Ex eisdem perspicue patet, omnibus intraterram & ex terra nascentibus metallis & plantis, naturam, vires, ac proprietates quibusque suas à Creatore donatas fuisse, priusquam sidera creauissent. Et post-

**Cœlorum munus.** quam ea creauit, non hoc iussit, vt nouas rebus vires instillarent, sed vt lumine & calore suo, viribus generalibus & communissimis generationem rerum gubernarent, diem & noctem diuiderent, anni tempora distinguherent, & sic rerum ortus & occasus vicissitudines prorsus admirabili adeoque miraculosa temperarent.

**Supra fol. 152.** Huic sacrarum literarum definitioni, à qua creature discedere nulli licet, confona est Peripateticorum Principis Aristotelis sententia. Hunc secuti sunt discipuli, qui cunque non fuerunt à Platonici Phantasmatis dementi, aut ab Astrologorum Magorum inania infatuati. Deinde intelligunt omnes, quicunq; non sunt presus

sus rudes, actionem & passionem in illis solum reperiri, quae eiusdem sunt generis. Naturalia porrò & artificialia non proximis modo, sed totis differre generibus, notius est multò, quam vt in dubium vocari debeat. Etenim naturalia motus & quietis suæ principiū, quo per se mouentur & quiescunt, in se ipsis habent. Artificialia autem hoc principium extra se habent. Quare non possunt corpora naturalia agere in corpora artificialia, quoad talia sunt: sed si in ipsa agunt, quatenus materiā naturalem habent, in ea agunt. At verò coeli & siderum corpora sunt naturalia & viribus naturalibus agunt. Quare non mutant artificialia, nisi quatenus sunt in materia natura i. Quis tam est rudis & ineptus, qui cœlum in vestem aliquid agere opinetur, quatenus hanc vel aliam ab artifice formam accepit? Mutat quidem vēstes cœlum, quoad ex lana, vel lino, vel pellibus confestas sunt: at quatenus certa quadam figura constant, nihil ab eo patiuntur. Norunt hoc Idiotæ, qui tineas nasci in pellibus, atq; alias vestes scindi, erodi, lacerari, putrefieri intelligunt, non propter formam, sed propter materiam. Quo sit, vt aliter custodiant lineas, aliter laneas, aliterque ruris ex pellibus factas, quantumuis vna easdemque forma artificialis omnibus insit. Ergo cum pellam sit, cœlum aliasque causas naturales, propter effigiam in materia qualibet formam, res easdem neque est, Imagines nihilo plus à cœlo virium accipere, quam si formata eodem modo materia earum nunquam fuisse. Quod ad res illas attinet, quas eiusmodi viribus insig-  
niri à cœlo dicunt, par est difficultas. Nihil enim certius esse potest, quam res omnes à cœlo nihil pati, que cunque potentia & habilitate à causis naturalib. patiendo carent. Constat porrò artificialia, quoad sunt talia,

*Argumēta  
à natura su-  
scipientiū.*

principio isto carere. Quippe ut naturalia à naturalibus, ita artificialia ab artificialibus per se moueri tantum possunt. Potest itaque artifex formam quadratam permutare in rotundam aut quadrangularem absque materiae subiectæ mutatione, sicut naturalis causa materialis sine artificiosæ figuræ perpetuæ variè potest alterare. Quanquam vero ad alterius mutationem frequenter alterum quoque mutatur, per accidens tamen fieri certum est. Ceterum non habere cœlum facultatem aliam quam naturalem, certum est. Quare nec mouere terrestria potest alia ratione, quam naturalibus viribus: nec pati hec à cœlo possunt, nisi quatenus naturæ motibus subiecta sunt. Non sunt autem his motibus obnoxia, quoad sunt artificiosis formis insignita, sed quoad natura sunt praedita. Non possunt itaque propter formam ab artifice impressam aliquid à cœlo pati. Accedit huc, quod alicuius formata ab artificibus naturam non mutant. Si enim magneti, exempli gratia, insculpas leonis, vel tauri, vel muscae, vel alijs cuiuscunq; animalis effigiem, neque magis neque minus erit Magnetæ nunc quam prius. Argumento est, quod propter sculpturam neque facilius neq; difficilius trahet ferrum, quam prius, si aliam mutationem perpessus nullam fuerit. At quæ naturam nunc eandem habent, quam prius habebant, eodem modo à cœlo mouentur, quod ad occultas & spirituales hasce qualitates seu vires attinet. Ne hoc quidem argumentum spernendum est, quod ordo, figura, compositione non sunt principia effecticia. Certum vero est, ab arte nihil materiae tribui in Imaginum formationibus, quam ordinem, figuram, & compositionem quandam. Quare hac quoque ratione liquet, frustra materiam figurari. Galenus de Iaspide scribit, se expertum fuisse humanum ius vim sine sculptura Necho Regis æquè efficacem, natura atque cum ea fuisset. Quod si artis vires consideremus.

mus, tantundem reperient Magi præsidij. Quippe si iu-  
 nat ars actionem cœlorū, hoc iuuat, quod impedimenta tollit. Quippe naturam non mutat in Imaginum for-  
 mationibus. Videndum igitur, quæ sint illa impedimenta, quæ cœlum impedian. At causa est naturalis, & ad  
 hoc à Deo factū, vt totam huius mundi sublunarīs ma-  
 chinam virtute sua regat & gubernet, sicut paulo antè  
 dictum fuit. Nulla ergo naturalis qualitas actioni cœli  
 sic resistit, vt non in res singulas agat, quod agere debet.  
 Quid de qualitatibus elementaribus sentiendum sit,  
 non ignoro. Sed quia de his sermo nobis in præsentia  
 non est, hanc explicationem studiose omitto. De spiri-  
 tualibus & insensibilibus loquimur viribus, quibus ne-  
 que dura resistunt, neque mollia nimis cedunt: quas in  
 profundum vsq; terræ per durissima saxa, & terras quā-  
 quis densas atque compactas, pertransire dicunt. Adde-  
 his quod in hisce fabricationibus, neque durities neque a-  
 liæ propriæ qualitates metallorum auferuntur. Et vt  
 hoc prodesset in lapidibus & metallis, in cera tamen at-  
 que alia materia molli frustra fieret. Summa est, cœli a-  
 ctiones occultas, ab illis materiae qualitatibus, quas mu-  
 tare ars solet, nec retardari nec promoueri posse. Ipsi e-  
 tiam Magi rationem susceptionis virium cœlestium ad-  
 scribunt non alijs magis qualitatibus, quam figuræ, cha-  
 racteribus inscriptis, alijsq; similibus: caliditatis, frigidi-  
 tatis, rarissimè aut nunquam meminerunt: cum superi-  
 ora perpetuo vrgeant, repetant, inculcent. Sed dic, quæ-  
 fote, quomodo cœlos ab arte iuuari putes? Cœlestes vi-  
 res, cum sint naturales quædam qualitates non in sola  
 superficie inhærent, sed profundas etiam partes occu-  
 pant. Quo sit, vt si maximè putetur artificiosa figura  
 prodesse, haec tenus solum conferat, vt in sola superficie  
 virtus cœlestis suscipiatur, in profundum minimè pe-  
 nitret. Etenim ars solam superficiem effingit, partes in-

Qualitates

physicæ nō

inhærent in

sola super-

ficie.

**Ars naturæ** profundo sitas non attingit. Si per materiæ interiora peruidere naturæ instar posset, iam non imitatrix & simia quædam naturæ, sed potius natura dicenda foret. **fimia.** Est autē imitatrix & simia naturæ, quod in externis partibus naturæ similia faciat, interiora non contingat. **FVR.** Non dubito quicquam affirmare, falso à te asserti, artem solam superficiem pro cœlestium virium susceptione adornare habilemque reddere. Sepenumero namque interiora quoque permutat, quotiens videlicet igne vititur ad metalla fundenda, ad concretos fuscos liquandos, ad liquores coquendos, aut similia permanentia. **ER.** Nemo dubitat artem naturalibus qualitatibus, vt instrumentis, vt entem, interiora materiæ prototypos illarum qualitatum aliquando mutare. At alteratio hæc naturalis est, non artificialis: atque arti accidit. **Quoniam** non ideo totam alterat, quia profundas etiam partes singere, certamque speciem eis inducere velit, sed vt aptius externas formare valeat. In præsentia de Imaginibus, figuris, characteribus, qui inscribuntur, aut consimili ratione alia imprimitur, loquimur. **Quanquam** non multum dissimilis ratio sit earum, quæ conflantur, aut aliter effinguntur. Has vt artifex facilius in materiam species seu formas inducat, fundit eam, eliquat, emollit, purgat, misceat, aliterque dilopat. **Cœlum** nō sponit: non vt in profundo sitas partes eodem cum opus habet ternis modo efformet. Cœlum autem pro impressione arte p sua virium, de quibus agimus, non habet istis alterationibus opus. Quare propter eas nec facilius nec difficilius communicat suas facultates sublunaribus. Equidem limollities, fusio, purgatio, & huiusmodi qualitates praepararent ad certæ potestatis è cœlo susceptionem, frustra insculperentur characteres & figuræ: sine quibus statim inefficaces esse ab omnibus existimantur. Nec aliud est, etiam veterum iudicio, inter Astronomicas & Magicas

Magicas imagines discrimen, quam quod in his aperte Astronomi  
 inuocantur Dæmones, in illis tacite occulteque chara-  
 terib. vt pæcti signis, inuitantur & admonentur. Quam  
 obrem patet, non ob aliud magis, quam vt facilius figu-  
 carū et Ma-  
 rentur, materias illas fundi, liquari, aliterue mutari. Et  
 has qualitates naturales certum est, non in sola superficie  
 hærente, sed partes subiectas etiam occupare. Etenim  
 calor, frigus, color, sapor, odor, & naturalia  $\varpi\alpha\theta\eta$  alia, nō  
 in superficie tantum, sed in corpore subiecto insunt.  
 Quod ita ipsis est proprium, vt pro naturali affectione  
 haberi nec debeat nec possit, quæcunque superficie so-  
 lum adhærescit. Quapropter si omnino contendas res  
 alias figuræ artificialis gratia admirabiles illas cœli-  
 tus potestates recipere, non hoc solum, quod dixi, con-  
 sequetur, vt scilicet in solam superficiem inspergantur  
 huiusmodi vires, verum illud quoque conficietur, eius-  
 modi potentias non esse naturales. Quocirca Mathe-  
 maticum quiddam, vel articiale aliquid erunt. Vtrun-  
 que impossibile est. Non enim est imaginabile, quomo-  
 do causa naturalis actione naturali producat effectum  
 artificiale. Qua porro machina deducetur figura ma-  
 thematicæ de coelo in terram? Aut cuius erit actionis  
 causa, si detrahi concedatur? Sanè quantitates princi-  
 pia agendi esse nullus concessit vñquam Philosophus  
 eruditus. Si nihilominus adesse pugnes, Diabolicam cō-  
 siteberis, quæ naturalis non est virtus. Tam multis sese  
 implicant difficultatibus, qui Astrologomagis temerè  
 credunt. Quam porro firma sint, certa, solida, vera, quæ  
 adduxi, ex eo perspicuè cernitur, quod acutissimi Astro-  
 logi & Magi nunquam potuere constantem inuenire  
 modum, quo tantis facultatibus suas Imagines ditarēt. *Mo li quib.*  
 Conciliator, dum quærit vnde efficacitatem accipiant, *Imagines*  
 quinque recitat opiniones: inter quas est Theologorū, *adipisci no*  
 à Dæmonibus talia fieri censem. Hanc ipse, quæ so-  
 bulantur.

**2** la est vera, omnium minimè probat. Etenim Auicennæ delirium animæ viribus tribuentis, veræ Theologorum sententiæ præfert quidem, non tamen ei satisfacit. **3** Tertia est, Intelligentias cœlestes per lucem velut instrumentum in conuenientem materiam debito tempore concinnè dispositam inspergere. Eandem hanc defendit impius & profanus ille Pomponatius aduersus Thomam Aquinatem cap. 12. libri sui sacrilegi de Incantationibus. Ac sic est à nobis confutata, ut non sit necesse plura addere. Quarta & quinta, quam cæteris anteponit, sunt merè & purè Astrologicæ. In illa statuit Imagines efficiaciam sortiri ex genitura fabri: in hac, quia cœlum moueat ad fabricam certæ imaginis certo tempore, à qua malum aut bonum efficiatur, quod ex genituræ qualitate accidere illi, propter quem præparatur, debeat. Et hac ratione conatur eludere argumentum, quod naturalia probat non agere in artificialia. Ars enim hoc modo, inquit, reducitur in naturam, ut principium universale. Quis non fatua, stolida, falsa esse omnia hæc videt? Ex supra dictis liquet, cœlum non largiti vlli rei peculiarem naturam & qualitatem, sed commune quidam contribuere omnibus. Confutauit præterea impia Astrologorum doctrinam in defensione Sauonarolæ aduersus Stathmionem, & quidem ijs rationibus, quas refellere nullus intelligens conabitur. FVR. Cupio o-  
*alberti Ma* biter audire. Primum quidem, quid ad Albertum idem gnuis de u- fermè cum Conciliatore affirmantem, deinde quid ad ribus ima- Pomponatij contra Thomam se defendantis argumen-  
ginum. ta sis responsurus. Sanè Albertus admodum probabili- ter videtur sententiam tueri in lib. de Mineralib. vbi d-  
*Magie* eit, Magiæ hoc est principium, quod scilicet, quæcunq; principiū, vel ab arte vel à Natura fiunt, à cœlestibus mouantur.  
De natura constat res. De arte quia dubitari poterat, sic ferè probat. Necesse est aliquid esse, quod hominem ex citarit

citarit ad agendum aliquid nunc, non temporius auctorius. At praeter cœlum nihil potest adferri, vt sapientes affirmant: & rectè quidem. Quoniam duplex est in homine agendi principium, Natura & voluntas. Hanc porro ab illa trahi constat, nisi renitur. Quò sit, vt cum illa à sideribus mouetur, hanc secum trahat, & sic voluntas alliciente natura incipiat velle imagines fabricare. Sic in pueris cœli vires videmus antequam ratione vivunt, dum ad artem unam magis aptos propensosque cernimus, quam ad alia quevis. Certum porrò est, quod causa certi effectus existit, rectè nonnunquam causam vocari secundi effectus. Ex quo sequitur, Sidera dum sunt causa quædam mouens artis, etiam effectis ab arte virium aliquid infundere. His positis, sic argumentatur propositum. Quod in ordine generantium est principium, sequentibus infundit vim suam. Figuræ cœli primæ sunt figurarum, ideoq; principia aliarum. Iccirco accipiunt hæ virium aliquid ab illis. Loquor, inquit, de figuris, non mathematicis, sed naturalibus & in materia insitis. Quibus se contra Thomam argumentis tua erit Pomponiatius nescio, audire tamen aueo. ER. Rectè Alberti mentem percepisti. Inuitus contra hunc hominem dispuo: nec libenter eum cito. Palam & indissimulanter Magus est, aut saltem ex Magis se infamibus transcribere fatetur, quæ suis libris illeuit: quod in hoc ipso loco, quem produxisti, apertè facit. Sed mos gerendus tibi, postquam sic constitutum nobis est. Magiae principium ponit non controuersum modo, sed omnino falsum. At principia oportet sic esse vera, vt quæ ex eis concluduntur fidem inde omnem accipient. Quare quid de Magia vniuersa sit sentiendum, vel ex hoc uno poterit perspici. Evidem demonstratum satis superq; fuit, cœlum, quod est causa naturalis, naturaliter agere, & in naturalia. Agens namque & patiens uno contineri

*argumētū  
Alberti.*

*Albertus fa  
tetur se ex  
sceleris Ma  
gis sua sum  
pisse.*

*Confutatio  
Alberti.*

genere oportet. Patiens quoq; à causa naturali non p<sup>re</sup>-  
titur, nisi natura sit habile ad patiendum. Ars verò natu-  
ram non tribuit rebus vllis, nec habiles facit, vt pati na-  
turaliter possint. Et vt de alijs nunc sileam, quis tam est  
amens, vt rem aliquam per figuram artificialem putet  
potentiam naturalem à causa naturali aliquid suscipi-  
endi acquirere? Hoc si præstare figura possit, naturam  
dare posset. Quinimò ne figuram quidem ab arte reci-  
pere potest materia, nisi prius habilis per naturam suā  
fuerit. Dicitum supra est, figuras artificiosas in superficie  
sola inesse, Mathematicum quoddam existere, natura  
habilitatis nec dare aliquid nec eripere aut subtrahere.  
Deinde ostensum est, cœlum & sidera non esse causas  
singularum actionum, nec impetrare vllis rebus aliquid  
peculiare, sed omnibus & singulis vnam eandemq; vim  
largiri, qua res singulæ confirmantur & adiuentur ad  
peragendum, ad quod per naturam propriā factā sunt.  
Est igitur insania putare, sidera nescio quas vires pecu-  
liares vni rei magis infundere, quam alijs, cum vnumi-  
demq; vniuersis tempore quolibet contribuat. Hoc est re-

bus natura naturalibus rebus cœlestis virtus, quod corporis nostri  
libus cœlū, membris est vitalis virtus ex corde prodiens. An ita de-  
quod mem lirat aliquis, vt aliam facultatem à corde opinetur acci-  
bris cor. pere oculos ab ea, quam ab eodem accipiunt aures, at  
que aliæ partes cunctæ? Qui putat ita esse, non delirus  
est, sed ratione prorsus destituitur. Eandem rem præcise  
contribuit cor partibus simul omnibus, vitalem scilicet  
calorem, quo singulæ adiutæ hoc faciunt, quod face-  
re Deus iussit. Hic cū sit vnum quoquis tempore, non po-  
test nisi vnum vbiq; agere, nempe calefacere, quantum  
uis eo confirmatæ partes differentes valde dispareat e-  
dant actiones. Oculus videt, auris audit, yenter conco-  
quit, pes ambulationi seruit, ac facit denique priuatum  
vnaquæque, quod facere debet. Sic, inquam, afficit sub-  
luna-

lunaria cœlum quo quis tempore, vt vnam communem  
 facultatem communicet omnibus, particularem do-  
 net nulli: tametsi ea accepta pro suæ quodq; naturæ  
 viribus & proprietate agat. Quod enim ad multa æquè Ad multa  
æquè habes  
nullum effi-  
cit prius-  
quam ad u-  
num cōtra-  
hatur.  
 se habet, nihil mouet seu efficit particularium, nisi ab a-  
 liquo contrahatur & ad rem vnam certamq; determi-  
 netur. Si ab omnibus simul diuersè definiatur ac limite  
 tur, diuersa simul ager: cum sibi relictum vnum solum  
 agere valeat. Cum igitur non possit cœlum res natura-  
 les ab ipso moueri aptas nouis ornare viribus, sed eas  
 solas, quæ in qualibet prius insunt, excitare, quomodo,  
 quæso, in artificialem figuram, quæ omni potentia agē-  
 di caret, admirabiles illas facultates instillabit? Asino  
 magis est rufis & stupidus, qui hæc videt, nec errorem  
 Magorum conspicit. Nego ergo artem aut artificialia,  
 quoad talia sunt, à cœlo moueri. Nego cœlū hominem  
 impellere aut prouocare aut inuitare ad hanc vel illam  
 rem potius faciendam, quam aliam quamuis, quam fa-  
 cere aptus sit. Quod rectè iusteq; negem, etiam cœci vi Cœlū nō ex-  
 dent. At est aliquid, inquit, quod nunc excitat, non pri<sup>o</sup>, citad a-  
 Quid tum postea? An solum cœlum facit, vt aliquid diones par-  
 nunc agamus, quod antè non agebamus? Ergo nec lo- ticulares.  
 tiū quidem emittere, nec edere, bibere, dormire, nec  
 quoquam ire poterimus, imò nec aspicere nec audire  
 aliquid, nisi peculiaris siderum positus hue nos impel-  
 lar. Insania hæc excedit omnem fidem, dū causas actioni-  
 num & cogitationum nostrarum, quæ hic infinitæ sunt,  
 in cœlo querunt Apage cum ipsis bestijs. Sed sapientes,  
 inquis, Ptolomæus & tales alij dixerunt. Mirarer si alios Magi et A-  
 nominasset: Astrologos & Magos iam olim sciui esse strologi si-  
 summa inter se necessitudine coniunctissimos. Volun- millini.  
 tatem à natura sæpe trahi certū est: at à cœlo naturam Propensio-  
 ad res particulares flecti, non falsum modo est, sed etiā nes ingenio  
 impium cogitare. Nec pueri inclinationes habent à cœli rum unde.

impulsionibus, sed à naturæ suæ quiq; proprietate pro-  
pended in vnam rem magis quam aliam, vt de diuina  
Prowidentia nihil hic dicam. Liquet iam sidera nec ar-  
tem nec artificem, quoad est artis peritus, mouere, sed  
quoad homo est, idque ratione generali & communi.  
Quanquam verò subratis & euulsis fundamentis non  
potest non ruinosum esse ædificium, & sua sponte colla-  
*solut. argu-*  
*menti Al-*  
*berti.* bi, tamen parietes etiam, fundamento succusso, explora-  
bimus. Quod principium est in aliquo genere, inquit,  
cateris vim suam infundit. Verùm hoc est, si verè sit  
principium efficiens, aut rationem veri generis habeat.  
At cœlestium figuras primas esse figurarū tempore &  
magnitudine, concesserit fortè Philosophus aliquis, e-  
go non simpliciter concedo. Etenim sidera post plan-  
tas perfecta creataq; sunt, vt docet scriptura. Magnitu-  
do figuræ ad rem nihil facit. Deinde non est figura prin-  
cipium agendi: & proinde nihil alijs tribuit virium. Ter-  
tio non potest doceri quæ in cœlo, præter Sphæricam,  
figura contineatur. Demum cum ipse de naturali figu-  
ra se loqui dicat, quid hoc ad figuræ artificiales, de qui-  
bus disputatio instituta est, attinet? Artes Magicae & A-  
strologicæ non vtuntur figuris à cœlo generatis, sed ab  
artifice figuratis. Rogo te, cum ista consideras, an non  
tetui miseret? FVRN. At constat tamen etiam Da-  
*Demones*  
*obseruant*  
*Luna incre-*  
*mēta & de*  
*crementa.* mones obseruare Lunæ incrementa & decrementa in  
suis quibusdam operationibus: ex quo coniçere licet,  
non prorsus nihil esse, quod Astrologi Magiq; de cœlo  
præcipiunt. ER. Scio in Euangeliō quendam Lunati-  
cum vocari, qui obsidebatur à Dæmonio. Sed responde-  
būt tibi tum Hieronymus, tum Chrysostomus ideo eos  
talia obseruare, vt creaturas Dei infament. Deinde vt no-  
bis persuadeant esse in sideribus eiusmodi vires, quales  
Magi sibi opera Dæmonū confinxerunt: atq; sic à Deo  
ciusq; recto cultu facilius auocent. Deniq; quia non  
possunt

Possunt materiam aliter mutare , quam moueri apta est, potest fieri, ut iuxta Lunæ & Solis motus. ( Ab his enim stellis præcipua defuit potentia ) sua instituant consilia. Sicut enim Sol anni tempora , sic Luna mensem quodammodo variat. FVR N. Nihil hic desidero amplius: de Pomponati<sup>j</sup> defensione aliquid insuper audi dire desidero. ERA. Argumentum Thomæ illud fuit, *Argumentū* *Thomæ.* quod supra posui, figuram esse ordinem & compositio- nem, materiaq; viribus nec adimere aliquid, nec addere. Quanquam argumentum hoc Thomæ firmum est ac verū, non tamen est aut verius aut firmius alijs , quæ præterea adduximus. Et cum ex hoc se non possint explicare , manifestè satis produnt causæ suæ falsitatem. *Pomponati<sup>j</sup>* *ad Thomæ* *argumentū* *responsio.* Primum, inquit, contradicit consuetudini communi. Ptolemœus enim & qui ipsum vel antecesserunt vel secuti sunt Astrologi (ipse vocat Sapientes) non dixissent, nisi verum comperissent. Et constat plurimum referre, sub quo cœli positu ligna cædantur, semina terræ mandentur, frumenta triturentur, aliaq; huius generis complura peragantur. Post hæc ratione confirmat, hoc modo. Metallorum alia. Saturno, Ioui alia similia sunt. At similia conueniunt in proprietatibus. Magis porrò similia sunt, quæ figura & qualitate conueniunt, quam quæ altero solum. Quod si igitur figura non adsit à natura, adiicienda ab arte, cum ars adiuuet naturam defectam. Sic & aucupes aues fallunt, dum fingunt aues veris aibus qualitatibus, figura, magnitudine, similimas. Hæc sunt præclara hominis Atheti argumenta. Quod de consuetudine ait, falsum est, si de recta & piorum atq; intelligentium hominum consuetudine loquitur. Si plures esse Magos, Astrologos, superstitiones, dicat, quam pios & bonos, non negabo: sed consuetudinem hanc veritati præindicare debere negabo. Proinde quod Ptolemœū aliosq; Astrologos citat, nihil ad nos pertinet. Quod de

*Consutatio*  
*Pomponati<sup>j</sup>*  
*pro Thomæ*

alijs refert; cauſſæ ipsius non patrocinatur, quemadmodum ſupra oſtenſum fuit. Quippe non propter ſectionem ligna putreſcūt facilius aut diſſicilius, ſed propter humorem, quem vno, quā alio tēpore in ſe vberiorēm continent. Oporteret autem, vt propter ſectionis putreſcantur, guram talem qualitatēm contraherent, ſicut propter fi-

*Cur ligna uno quā a-  
lio tempore eaſa faciliter* Nota, guram vires cœli ſuſcipere metalla vel res alias aſſeu-  
rant, ſi comparationem vellent valere. At hoc tam eſt

Fol. 177. falſum, vt falſius nihil eſſe poſſit. Dictum deinde ſupra  
fuit, ruficos non poſitum cœli, quem ignorant, ſed ae-  
ris qualitatēm, quam partim ſenſu, partim Lunæ mu-  
tationibus notant, obſeruare. Quo fit, vt ligna ad ædifica-  
tionem ferè antè vernum æquinoctium dum exucca-  
ſunt, ideoq; putreſcere minus facilē poſſunt, cedant, ſub  
Lunæ silentis tempus. Non obſeruant autem, vt dixi, mi-  
nuta horarū, & ſiderum concuſſus peculiares, ſed omni-  
bus annis idem fermè tempus huic rei aptum experti-  
ſunt, quocunq; aspectu ſidera minora inter ſe conſen-  
tiant aut pugnēt. Quod deinde ſibi ſumit, quædam me-  
talla qualitatibus, vt colore, ſimilia eſſe certis Planetis,  
quam ſit putidum, nullum puto non videre. Si enim  
hoc modo nobis liceat ratiocinari, habebit orichalcū  
vires auro ſimilimas. At quid de Orichalco dico? Quam  
ſunt res multæ colore auro ſolisq; lumini ſimiles, iu-  
quibus tamen nihil præterea auro & Soli reperitur  
commune ac simile? Valde amentem & recordem eſſe  
oportet, qui talibus ſibi hypotheſibus imponi patitur.  
Quid de figura dicemus? Mira eſt horum nebulonum  
(Meliores certè non ſunt, qui ſcientes & prudentes ea-  
lia effutiunt: quod de Pomponatio Philosophia Perip-  
ateticæ non ignaro cencere cogimur) impudentia & au-  
dacia. Quis illis dixit Saturni ſtellam figuram habere  
crucis integræ, mediae, vel alijs eniſuis rei? Evidem-  
intollerabilis eſt proteruia, petulanter affirmare han-  
certam

certam figuram huius, quam illius stelle, magis esse pro  
 priam & vernacula. Quomodo natura adiuuetur ab  
 arte rectius dixerint Medici, Agricolæ, alijque similes,  
 quæ vel scelerosi Magi vel superstitioni Astrologi. Quid  
 verò, an non risu dignissimum est, quod confitetas in cœ  
 lo Intelligentias sic ferè putat à talibus Imaginibus alli  
 ci ac falli, quomodo stulta auicula à pictis auibus deci  
 piuntur? Cum tam turpiter se dent aduersarij in vnius  
 argumenti dissolutione, quid futurum putas, si ad alia  
 nostra Tolidè respondere cogantur? FVR. Profsus hac  
 in parte satisfactum mihi est: ac proinde lib. Theophr.  
 nostri, quem de characteribus scripsit, inutilem dein  
 ceps iudicabo. ER. In lib. de occulta Philosophia non  
 fidendum esse ait omnibus characteribus, sed illis solis,  
 in quibus verum insit. Horū duos ponit, ex nominibus  
 Adonai & Tetragrammatō: quos aduersus omnia vale  
 re contendit (& virtutem aliorum omnium in se habe  
 re assertit) si in placenta descripti in cibo dentur. Israhe  
 litas & Necromantes duobus hisce characteribus affir  
 mat miranda perfecisse. FVR. Quantum tribuere cha  
 racteribus debeam, abundè intellexi. Quare pergere po  
 tes, atq; de verborum viribus, quæ putabis, in medium  
 adducere. Puto autem te nunquam negaturum esse, in  
 verbis longè maximam vim semper creditam fuisse, ta  
 metsi cum Theophrast. vtendum non semper putem.  
 Etenim in libro iam citato ait, Coniurations per se ali  
 quid possunt, eis tamē Sapiens vti nō debet: cū pugnēt  
 cum Deo eiusq; verbo, adeoq; cum lumine Naturæ. Spi  
 ritus mali ab eis premi, at non opprimi possunt. ER.  
 Multa passim dicit Paracelsus, at nihil probat. Nos igi  
 tur omissis nugis, rem ipsam tractabimus. Verba par  
 tim sunt naturalia, partim artificialia, sicut Imagines.  
 Evidem materia verborum, vt imaginū, naturalis est,  
 nempe vox: cuius materia est sonus. Forma autem est

Dei ver  
borum.

articulatio certa: quæ ab instrumentis animali insitis  
haud aliter in spiritum expectore & pulmonibus ascen-  
dentem in primitur, quam in exteriorem materiam ex-  
ternis organis insculpit simulachrum aliquod ani-  
mo conceptum. Et quemadmodum Imago repræsen-  
tat rem aliquam, sic & verba (si modo non sint barbara  
& ignota) animi sensa significant. Significant autem  
non natura, sed ex pacto conuentoq; hominum. Quip-  
pe si ex natura sua significant aliquid certi, ut vna est  
& communis omnium natura, sic vna esset atq; com-  
munis significatio. Edimus, bibimus, esurimus, dormi-  
mus, & reliquas actiones naturales exercemus omnes;  
nec habemus ad eam rem doctore opus, quocunq; lo-  
co simus nati & educati, quia videlicet natura nobis in-  
funt. Non est hac in re discrimen inter Græcum, Lat-  
inum, Persam, Scytham, Indum, tametsi sub diuersissi-  
mis sideribus nati sint. Verba autem nō omnes eadem  
habemus ac intelligim⁹, sed infinita sermè est varietas.  
Vnde fit, ut non modo diuersæ Gentes diuersis vtantur  
nominibus & verbis, verum etiam eadem apud diuer-  
sas diuersissimas res significant. Multa reperiūtur in di-  
scrpantibus linguis nomina similia, quæ tamen non i-  
dem in quavis earum notant. Adde, quod surdi scirent  
loqui, tametsi neminem audiuerint loquentem, si no-  
biscum nasceretur sermo, & significatio eius esset natu-  
ralis. Ex quibus apertissimè videmus, verba esse non à  
cœlo, nec Natura significare, sed esse artificialia, & ex so-  
la constitutione & consensu certorum hominum no-  
tas & signa cogitationum nostrarum facta esse. Cogita-  
tiones, quia natura nobis insunt, eadem sunt apud om-  
nes. At harum notæ tot ac tantas habent differentias,  
quot & quanta sint linguarū discrimina. Duo quædam  
ex commemorationis necessariò consequuntur. Vnum est,  
cœlum & sidera, si maximè habuissent vires in se ipsis,

**Verba non  
significant**

Natura.

**Verba non à  
cœlo sunt.**

de quibus agimus inter nos, & communicare alijs rebus potuissent, nihilo tamen plus vni verbo quam alijs omnibus impertire potuisse. Nam quatenus articulata sunt verba, naturalia non sunt, sed artificialia. Hæc autem quoad sunt huiusmodi, à Natura & Naturalibus rebus mutationem nullam per se patiuntur. Alterum est, 2 verba, quatenus sunt voces aut soni articulati, vires alias habere non posse, præter eam, quam primi impositores atq; alij in ipsa consentientes habere volunt. At voluerunt tantum esse notas & significationes rerum, vt alij alijs declararent, quid in animo cogitarent. Quapropter nihil præter hoc ipsum præstare possunt. Loquor autem de notis & significantibus. Nam barbara & Aegyptia, quibus Magi olim quoq; vtebantur, & quæ nec Græci nec Aegyptij tum quoq; intelligebant, non sunt notæ nobis, sed Dæmonibus: vt Iamblichus Porphyrio respondens asseruit. Inanem itaque operam ludit, quis vim & potentiam in ipsis querit mirabilem effectricem. Dictum supra illud quoq; fuit, quantitates non esse agendi principia. At oratio quantitas est quædam numerosa. Quare per se nihil facit aliud, quam significare. Dictum non minus verè est, non posse actionem esse naturalem inter illa, quæ non habent materiam communem. Sic enim calor, qui est in igne, non est contrarius frigori, quod est in mente: nec patitur hoc ab illo, quomodo, quod in aqua inest, patitur. Constat autem verborum & mirabilium, quæ vi carminum effici existimant Magi & superstitioni alij, nullam habere communem materiam, propter quam illa agere, hæc autem pati potuerint. Præterea quo modo tangunt verba res, quas efficiunt? Actio certè naturalis nulla fit, nisi agens tangat passum, aut corpore suo aut virtute, aut qualitate aliqua. Sic dicimus cœlum lumine nostratia hæc tangent caloris generandi efficacitatem habente. Verba

autem nullo modo tangere posse, præsertim absentes  
res, notius est, quā vt vel dubitare aliquis possit, vel pro-  
bare ego verbosè debeat. Non sic ad res longè dissitas  
excutiuntur, quomodo ab arcu vel neruo sagitta excu-  
titur. In verbis sanè præter materiam, nihil est naturale.  
Forma namq; vt est demonstratum, est artificialis : nec  
vim & potestatem habet aliam, quam significandi & ex-  
primendi conceptus animi. Et quia ex quodam pacto  
confessione q; hominum significant, non simpliciter,  
*Quib. uer-  
ba quali-  
bet note  
sint.*  
illis tantum notæ sunt euidentes & certæ, qui ea intelli-  
gunt: Linguae ignarisi non magis notæ sunt, quam au-  
cantus alijs incogniti soni. Quare si ex forma vires nā-  
ciscerentur, apud solos intelligentes valerent. At usur-  
pant omnes Magi sæpen numero voces barbaras, qua-  
nec ipsi nec alijs mortalium ulli intelligunt. Sequitur igit  
tur, vt propter Dæmones dicantur. Si ne hos quidem in-  
telligere putemus, propter significationem & formam  
non agunt. Materiam porro, quæ spiritus est, qui ex pe-  
store per asperam arteriam in larynge effingitur, nec  
vim habet aliam, quam qualis corporis nostrivar  
pores obtinent, nec tangere aliquid extra hominem po-  
test. Mox enim extra os in aerem dispergitur. Evidem  
si materia illa expirationis virtutem aliquam peculia-  
rem possedisset, æquè ageret sub quacunq; forma artifi-  
ciali. Quare non referret quibus verbis vterentur: Imo  
ne verbis quidem opus foret ullis. Sufficeret enim expi-  
ratio seu efflatio sola. Et haberet hæc tantò maiores vi-  
res, quantò maiore in copia sic exeunt, quam in verbo-  
rum formatione & pronunciatione. At Magi omnes  
contendunt in concepiis quibusdam verbis solis, non  
in alijs quibuslibet, vires illiusmodi inesse. Rursus igitur  
patet, verba nihil tale efficere. Quod si etiam daremus,  
verba virtute sua tangere quædam remota, nihilomi-  
nis potestate mirabilia illa operandi destituta intellige-  
remus!

temus. Etenim vel inesset eis, quoad verba sunt, vel quo ad in materia certa insunt, ut est dictum. At neutrum conceditur. Nam si, quoad verba sunt, efficacia essent, omnia verba idem possent. At non omnia possunt: immo vero eadem nec semper nec in omnibus sunt efficacia. Quod ad materiam attinet, quia omnibus propè momentis alia est atq; alia, & pro sanguinis qualitate, qui in corde elaboratur, & cordis affectionibus varijs ac dissimilibus, infinitè fermè variari eā necesse est. Rur sus ergo hærebimus in luto, dum certi nūquam esse poterimus, quando naturaliter habitus illi affecti sint. Ade & hoc, quod Magi, licet omnes contendant in certis tantum verbis vires illas latere, non eisdem omnes verbis in eiusdem vel morbi curatione vel rei aliis effectio ne vtuntur, sed alij alij, & se p enumero ludicris, & supra hominum fidem inceptis, ut tu ipse non nescias. Vides quam sapienter & vere ab Aristotle & alijs Philosophis dictum sit, res non esse veras aut falsas propter nostrā affirmationem aut negationem? Sermo noster tunc versus est, cum rebus consentaneus est. Hunc illis accommodare, non illas huic conformare necesse habet, quisquis oratione vera vti volet: *Quod ideo est, quia verba vim nullam habent efficiendi, vt toties iam est dictum, sed tantum repræsentandi & significandi.* Concludo igitur mirabilium operum authores & causas verba nullo modo posse censeri. Quo si causæ non sunt, & tamē aliquando sequitur desideratus effectus, necessariū est, vt vel signa quædam fuerint illius effectus, vel accidens, vt si me ambulante tonitru fiat. Signa naturalia esse nō possunt. Etenim quicquid naturale, signum est alicuius rei, vel est causa eiusdem, vel effectus, vel ab eadem causa effectur, à qua illud fit, quod significat. Cæterū causas mirabilium neq; primas, neq; secundas, neq; instrumentales esse ostensum est: Effectus non esse per se est admirabile.

*Verba nec sunt cause nec signa effectus admirabile est.*

notum. Quoniam tempore præcedunt verba res, secundum Magorum hypothesis. Ponunt enim causas esse. Quod non fiat utrumq; ab una causa, videlicet homine, prorsus eidens est. Posset enim homo simul cum verbis miracula facere, nihil ad horum effectiōnēm verbis conferentibus. Igitur enim, exempli gratia, signū aliquando est serenitatis, quia ab eadem causa fit, à qua serenitas inducitur, ad serenitatem nihil confert. Sic & fūmus ab eadem causa, igne scilicet, propter materiam aliquādo excitatur, à qua caliditas procedit, quamvis calefaciēndi vim ignis non adiuuet, sed potius impedit. Ergo si sunt signa, artificialia sunt, inter partes ex consensu quodam mutuo instituta. Si tubæ cantus certi aliquid audentibus & intelligentibus significat. Hęc ideo instituuntur inter partes, vt vel altera vel vtraq; certę alicuius rei vel officij admoneat. In præsente causa promissionis certa signa esse oportet, quibus is, cui ponuntur, admoneatur, hoc ei esse faciendum, quod, tanquam signa, postulant. Frustra namque signum rei admirabilis futura proponitur, ubi nullus est effector. Quod porro nullib; Deus promiserit, se verbis aliquibus conceptis pronunciatis aut signis atque characteribus certis propositis, hoc vel illud facere velle, propter pronunciata verba aut propositos characteres, ne scelestissimus quidē Magus inficiari audebit. Quod nec inter homines tale patrum sit sanctum, ex plurimis est eidens. Primum, quia sāpē nulli intelligunt. Deinde, quia frustra posita essent hominibus non valentibus efficere rem signatā. Tertio, quia plerunque pronunciantur ad res inanitatas. Quarto, quia frequenter homines, quibus malum creare Magus enītitur, nesciunt pronunciata fuisse; indeoque admoneri ab eis non possunt. Et si scirent, non exequi, sed impedire prorsus tentarent Magi propositum. Quid ergo est reliquum, nisi ut signa sint, per quz Caco-

Cacodæmon inuitatur ad peragendum, quod pactus Verba Ma-  
cum aliquo Mago fuit? Supra namq; ostensum ex Por- gorum sunt  
phyrio fuit, Dæmones indicasse, quibus signis, verbis, re signa isti  
bus, Imaginibus, &c. gaudent, quibus ritibus aduoca- federis cū  
rivellent, & quomodo denique cogi possent. Dictum & Demonibus  
hoc est, Iamblichum Porphyrio de barbaris & ignotis  
nominibus interroganti respondisse. Diabolis notas es-  
se eorum significaciones. Commemoratum breuiter  
est, quid Arabs Almadal de his scriptum reliquerit.  
Quod si signa sunt Dæmonibus, non licet nobis vti. Sed  
& inania esse plerunq; nihilominus oportet, cum po-  
tentia miracula edendi Dæmones carere demonstratū  
fuerit. Si autem ne Dæmonibus quidem vt notas propo-  
ni velis, necesse est, vt accidentia esse fatearis, ac mirabi-  
lium effectrice potestate omni destituta cōcedas: quod  
monstrandum suscepseram. FVR. Satis apertè ac fir-  
miter demonstratum est, huiusmodi ex hominum va-  
na credulitate cooperante Dæmone introducta fuisse:  
quæ iam olim cordati viri apud Ethnicos quoque rise-  
runt. Quia tamen obijci quædam posse videntur, velle  
ad ea mihi responderi. ER. Pro viribus respondebo, tu  
modo liberè producito. FVR. Si nulla est in verbis vis  
incantandi, quomodo hisce retardantur & capiuntur  
serpentes coguntur? Deinde quæri potest, an quemad-  
modum olim Magi, (ut apud Plutarchū in 7. Symposia-  
xw quæst. 5. legimus) à malis Genijs occupatos iussérūt  
secum legere Ephesia nomina, nunc licitum sit nomini  
bus sacrī eosdem sanare. Evidē quæ 5. Num. de a- Nomina  
quis Zelotypiæ legimus, huc à nonnullis putantur per Ephesia.  
tinere. ER. Ista nulla opus habent responsione à iam Aque Ze-  
dictis alia. Evidenter probatum est, in verbis hanc vim  
non esse, vt quæ nihil aliud possint, quam interpretari  
animi cogitata. Et quod hac ratione possunt, apud illos,

poslunt, qui intelligunt. Sic oratores ornatè & artificio  
se dicentes multa hominibus persuadent. Serpentes  
autem & bruta sic non persuadentur & coguntur ver-  
bis, cum ea non intelligent. Maior itaque vis est, quæ ta-  
lia facit: quod vel ex eo patet, quod non à quoconque  
pronunciata efficacia sunt, nec etiā semper. At si in ver-  
bis ea vis inesset, semper eis adesset. Summa est, Dæmo-  
nes, ut dictum est, sic illudunt mortalibus: & verba præ-  
stare persuadent, quæ ipsi faciunt verbis illis veluti pa-  
ctionis signo prouocati. Nec mirum est, in serpentibus  
cum quoque hodie libenter suas exercere fraudulentas  
artes, cum in his statim ab orbe condito se valere & re-  
gnare ostenderit. Magi Ephesijs nominibus eodem  
modo Dæmones eiecerunt, dum illi se pelli simularēt,

*Verbum Dei  
cur nobis  
datum coe-  
litus.*

atque impiam in hominibus opinionem hoc pacto cō-  
firmarent. Non licet nobis ita fœdè verbo Dei aburi:  
quod ob id nobis cœlitùs datum non est, ut eius pronu-  
ciatione, appensione, scriptione, Dæmones fugemus.  
Sed ut ex eius lectione, auditione, meditatione, discam'  
quæ Dei voluntas erga nos sit, quidq; à nobis ille vici-  
sim postulet, ut 2. Timoth. 3. testatur Apostolus, & locis  
alijs plurimis scripture asserit. Qui alijs præterea vībus  
verbum Dei adhibet, impiè & nefariè facit, ac poenam  
diuinam non effugiet, Exodi 20. Quæ de abrasione ve-  
borum apud Mosen legimus in descriptione aquarum:  
Zelotypiæ habuerunt manifestam Dei promissionem:  
cui placuit tali miraculo mulieres absterrere ab adulce-  
rijs. Quod si alio in loco eadē ceremoniæ fuissent viür-  
patę, non tamen easdem vires habuissent. Certè scriptu-  
ra tam clarè totam actionem Deo tribuit, ut ineptire ne-  
cessit sit dubitantem, an verborum illorum, quoad ver-  
ba essent, ea potestas fuerit. F V R. Si res isto modo ha-  
bet, ut certè nunc persuasus credere cogor, quanam oc-  
casione putas homines, alijs doctos, vires admirandas illas

illas in verba deduxisse? Ratione aliqua verisimili vidē-  
tur permoti fuisse: quam libenter audirem. E.R. Dicam  
breuiter, licet iam antè in disputatione de Imaginibus  
dictum sit. Platonici, vt fuerunt omnium eruditorum platonid  
superstitiosissimi & officiosissimi Dæmonum cultores supersticio-  
aperte Dæmonibus omnia talia adscribunt. Statuūt hi sibi et offi-  
ordines quosdām, & alios imperare alios parere putāt. ciosissimi  
Verba itaq; vim habere, quatenus aliquis ex Imperanti Demonum  
bus ihs exoratus, aut sponte sua ex pacto vel ipse faciat,  
quod cupit Magus, vel alij mandet iussa exequi. Hinc  
est, quod verba talia, vel sunt incognita & solis Dæmo-  
nibus nota, vel continent supplicationes, inuocationes,  
preces, mandata, adiurations, & omnino ad intelligen-  
tem substantiam diriguntur. Plotinus varius est, dum  
modò ad amicitiam & discordiam rerum, modò ad vni-  
tatem & connexionem vniuersi, modò ad vim omnia  
gubernantem, quam Mundi animam vocant, modò ad  
animæ potentiam, modò deniq; ad sonos & figuras vo-  
cum refert. Ficinus eius insania ebrius ex verborum cō- Ficinus.  
iunctione, quemadmodum res materiae ex mixtione,  
vires adipisci creditit. Et quia facilè vidit hoc refutari  
singulis momentis, addit, vel ex præsenti siderum posi-  
tione, vel ex hominis genitura, vel ex singulari animæ  
potestate prouenire. Tādem adjicit. Ego vero suspicor,  
ne forte Dæmones subdoli simulent Magicis quibusdā  
machinis vel allici vel expelli. Refellerem ista, nisi & pa-  
lam ipse dubitationem hēsitationemq; suam prodidis-  
set, & iam antè solidè diluta fuissent. Hoc ergo solum Cœlum nil  
hic addo. Philosophi omnes in hoc consentiūt, cœlum potest in In-  
nil posse in Intellectum. Quo posito, clare patet, cœlum tellectum.  
nulli dare homini posse, vt repræsentationes cogitatio-  
num nostrarum per verba factæ aliud possint efficere,  
quam cuius causa Intellectus formauit, nempe vt sint  
repræsentationes eorū, quæ in se ipsa concepta retinet.

Putidæ proinde adeoq; impia sunt nugæ, quæcunq; de  
 stellarum positione ac genitura fabulantur Astrologi  
 magi & Magastrologi. Pomponatius ille profanus non  
 satis habuit vñà cum cæteris assignare stellis & cœlorū  
 motoribus, sed blasphemiam insuper addere atrocem  
 voluit. Quippe verba & precationes inde vires accipe-  
 re ait, quia cœlestia Religioni vni magis faueant, quam  
 alijs, temporibus videlicet diversis. Etenim Religionem  
 omnem à cœli motuum vicissitudine nasci, incremen-  
 tum capere, emori, instar aliarum rerum generationi &  
 corruptioni obnoxiarum. Et vnamquamq; certam ha-  
 beat periodum, in qua valeat & bona sit, ac celos ha-  
 beat propitios & fauentes. Ab his in exortu nouæ Reli-  
 gionis excitari & procreari ex cœlentivirtute homines,  
 vel Deos mortales, quos miraculorum potestate do-  
 nent, cum sine prodigijs tantam mutationem fieri non  
 posse intelligent. Hosce nouos Deos, aut Dei filios, in  
 Religionis seu Legis, vt ipse vocat, nouæ successione sic  
 corrumpi oportere, quomodo in hominis generatio-  
 ne mēstruum sanguinem interire videmus, afferit. Nec  
 pauciora in Turcicæ insanit aut cuiusvis aliis impie-  
 tis ortu miracula perpetrata fuisse, quam initio Chri-  
 stianæ Religionis edita sint. Hinc verba & signa quæ-  
 dam mira olim potestate prædicta nunc vilescere: & que-  
 signaua tunc fuerint, planè diuinis ornata virtutibus el-  
 le. Sic nec Imagines nec verba eadem vbiique & semper  
 valere, quod cœlum nunc huius, non aliis Religionis  
 authori & fundatori faueat: ac proinde non eisdem vi-  
 res eisdem verbis aut characteribus seu figuris sem-  
 per infundat. Quid quæso potuit ab homine dici horri-  
 bilius? An potest hæc pietatis amans aliquis absq; eo vt  
 pon. ne an exhorrescat legere? Non puto. Sic de impietate cum Pa-  
 rac. sec- racelso certat, vt vter sit scelerosior non facilè sit dictu-  
 l. rofior sit. Non argumentis refellenda, sed diris execranda sunt cū  
 suis

suis authoribus Diabolica huiusmodi Phantasmata.  
 Hoc fermè vnum in illo libro probari potest, quod neminem verbis & characteribus curare affirmat absque superstitione. Hoc et si verum est, non tamen propter rationem ab ipso prolatam verum est. Augerius denique Ferrerius verbis & characteribus vim adimit quidem, sed in Doctis & Intelligentiam habentibus. Horum animis vim tantam inesse stultissimè putat, ut quod firmiter sibi persuaserint, potenter operentur, modo animus patientis non repugnet. In doctis per opinionem, quam de verbis sacris & characteribus conceperint, firmam persuasionem comparari, & horum causa adhiberi in curationibus posse, quo animi eorum dissidentia expugnet Tolerari vir hic poterat, si solius ægri fiduciam cōserre ad morbi depulsionem cum Hippocrate dixisset. Cum autem Medici constantem firmamque persuasionem in alieno corpore putat efficacem esse, longè aberrat: Impossibile namque supra esse ostendimus, ut aëlio humana in agente remanens, (quā immanētē in Scholis scitè vocatur) quoad nimirū in eo permanet, nec trāsit ex eo in patiēs, aliquid opere extra agēs. Iam cōceptiones & p̄suasiones actiones trāseūtes seu executes nō esse, qui non videt, oculis animi pariter & corporis priuatus est. Quid ergo ægrum iuuat, quod apud me ipsē cupio? FVR. Sanè probauit huius viri iudicium, & puto etiam num vehementem & constantem animivo luntatem conducere, quatenus iuxta hanc remedia adhibet. ERA. Ardens desiderium Medici facit, ut diligētius accuratiusque omnia dispiciat & agat: qua ratione p̄dodesse infirmo nullus dubitat. Remedia, quæ tangunt ægrotantem, in eūdem agunt strenuè vel instrenuè præsua natura: ab animi nostri cupiditate nec acquirunt aliquid nec produnt. Ad affectiones ægri quod attinet, plurimum certè resert, vtrum confidat an desperet.

*Augerij  
Ferrerij  
sententia.*

*Constat.  
Ferrerij.*

Nullus enim ambigit an proprium corpus animi affe.  
Etus alterent: de qua re supra disceptatum fuit satis. Co-  
fudit autem plus alijs, qui p̄persuasum habet se ab eo cu-  
rari, qui & morbum cognouerit, & curandi artem pro-  
bè didicerit. Hanc porrò confidentiam inducere velle  
characteribus, Magico murmure, verbis sacris, non est  
stultum modò, verum etiam superstitionis & impium.  
Certè intollerabilis est sacrosancti verbi Dei aōusus,  
quod supra quoque monuisse me recordor. Satis, arbi-  
tror, apertè cum ex rationibus nostris, quas labefactare  
nulli vñquam potuere, aut deinceps poterunt, tum ex  
incredibili modorum varietate, quibus tum figuris  
tum verba potentias nouas & insolitas acquirere di-  
cunt Astrologi, Magi, Superstitioni alij, satis, inquam,  
clarè ex disputatis perspicis, vana, falsa, impia, & Magica,  
ac proinde, non probanda, sed fugienda & detestanda  
nobis esse omnia talia. FVR. Nunc demum video, ne  
que Imaginibus, figuris, characteribus, signis, neque ver-  
bis carminibus adiurationibus seu exorcismis, neque li-  
gaturis, neque periaptis seu appensis verbis (sive sacris,  
sive profanis, sive barbaris & ignotis) & figuris, fidem  
esse habendam, sed omnia hæc, velut impia, vana, super-  
stitionis, & execrabilia censeri debere. ER. Hoc nobis  
erat propositum ostendere, Magiæ viribus miracula fa-  
cere neminem posse: id quod satis, puto, probatum est.  
Propter consequentiam deinde illud etiam monstrauimus,  
non licere Christiano pietatisque studio fo talibus  
vti: imò sine manifesta impietate neminem usurpare  
posse, quamuis vnde vires illas habeant, ignoret. Quip-  
pe à Dæmone proficisci eas declaratum est. Etsi enim  
qui talia faciunt, sèpè nesciunt se commercium habere  
cum Dæmone, tamen harum rerum usurpatione nihil  
aliud agunt, quām quod initæ eum pactionis tacitè ad-  
monent. Hoc ergo differūt ab alijs maleficiis ac Magis,  
quod

quod non, vt hi, apertè à Diabolo auxilium petunt. Nec Quo differ-  
rant cha-  
racterib. et  
uerbis eu' à  
tes à Magis  
Sacramēta  
Diaboli  
 intereat aliquid, siue sacris siue profanis verbis, rebus, &  
 signis, vt tantur. Quin est crimen atrocius sacris hoc mo-  
 do abuti, quam profanis. Quoniam, vt supradicta omit-  
 tam, grauius multò est ex rebus aut verbis sacris ad id à  
 Deo nobis datis, vt saluti nostræ inserviant, & ad veram  
 ipsius agnitionem nos adducant, Sacmenta Dia-  
 boli facere, quam profanas res ad impios usus traduce-  
 re. Evidem mille artifex ille veterator in omnibus Dei  
 instituta imitari studet, partim vt contumelia creatorē  
 afficiat, partim vt facilius nobis imponat. Quare sicut  
 Deus ex pacto & gratuita misericordia propter vni-  
 genitum filium, non vi Sacmentorum, peccata creden-  
 tibus remittit, ita etiam Cacodæmon videri vult suis se  
 exhibere, & quod petunt dare, non ex oblatarum rerū  
 dignitate, sed ex promissione seu initio cum ipsis fœde-  
 re, atque superstitionum impia credulitate. Nec aliā  
 ob causam magis efficit ea, quorum causa talia fiunt,  
 quoties Deus permittit, quam vt sc̄ fidem feruare velle  
 declarer. Quare cum talia usurpantes (licet impruden-  
 tes frequenter faciant) velut Sacmentis quibusdam  
 se Diabolis obstringant, magno sanè studio Christianis  
 nobis fugienda sunt huius generis omnia. FVR. Mirū  
 est Deum permettere Nequam spiritibus, vt talia ope-  
 rentur, cum hac ratione occasio videatur nobis præbe-  
 ri errandi. ER. Consilia Dei nobis non licet semper ex-  
 quirere, sed in hoc saepè acquiescere nos cōuenit, quod  
 apud Deū non est iniquitas: ac proinde instè facit, quic-  
 quid facit, vt ut nos id videre nequeamus. Quantum sci-  
 re possumus, permittit aliquando Dæmonib. talia pro-  
 pter auctorem, nonnunquam propter patientē, frequen-  
 tissimè propter vtrunque. Consequitur igitur effectus  
 interdum propter infidelitatem vel alterius vel vtrius.  
 que. Saepenumero propter pactum initum, vel expresse

vel tacite, contra apertum Dei mandatum. Aliquando infidelitatem Deus punit, ut mendacio credentes magis irretiantur, premium perfidiæ & socordiæ suæ reportantes. Rom. i. Plerunque sinit talia euenire, ut probet fidem & patientiam nostram, sicut eleganter Moses Deuteronom. 13. exposuit, atque historia sancti viri Iobi monstrauit. Ipse autem Satan ut dixi, omnia agit, ut ru- des decipiatur, superstitiones illaqueat, ac à vera in Deum fiducia, rectoque eius cultu omnes alios abducatur. FVR. Facilius tibi consentio, quia olim audiui & legi à Theologis hęc omnia damnari. Fidem tamen eis idcirco non habui, quod neque satis probare sententiam videbantur, neque ab omnibus ipsi abhorrebat. Veruntamen audire adhuc ex te velim, an non liceat homini pio talibus uti pro liberatione tum aliorum tum sui, cum ægrotat (exempli gratia) quotiēs cum Dæmone pactum nec fecerit, nec facere cogitauerit. Etenim multis videtur non ita grauiter peccare, qui boni causa semper, mali nunquam talia remedia usurpant. ER. Quid velis intelligo. Paracelsus putauit nos salua pietate etiam à Dæmonibus auxilium petere posse. Hoc ergo interrogas, an recte in hac re senserit. FVR. Sic est. Etenim in libro de occulta Philosophia scribit illum neutiquam abutitur nomine Dei, quisquis in usum, non in perniciem, hominibus uti tubet. num talibus utatur, quicquid tandem Sophistæ clamit, „ tent. Quinetiam totum librum quintum de causis inuisibilium morborum in hanc disputationem consumit, ut „ à Deo profici auxilia remedia, & curationes tales mon- „ strat, illas etiam, quas per Cacodemones exequatur. Pro- „ bat hoc ex eo, quod scriptura nobis etiam ex inimicis „ nostris prospera & felicia promittat. Perinde à Deo ad- „ iutus est, inquit, qui à latrone, & qui ab ipsomet Diabo, „ lo ex fossa extractus est. Item, Ne cogitet aliter Dei a- „ mans, quam si Diabolus ei argentum, aurum, offerat, si reme-

Paracel. etiam à Dæmonib. au-  
xiliū pete-  
re iubet. num talibus utatur, quicquid tandem Sophistæ clamit,  
„ tent. Quinetiam totum librum quintum de causis inuisibilium morborum in hanc disputationem consumit, ut  
„ à Deo profici auxilia remedia, & curationes tales mon-  
„ strat, illas etiam, quas per Cacodemones exequatur. Pro-  
„ bat hoc ex eo, quod scriptura nobis etiam ex inimicis  
„ nostris prospera & felicia promittat. Perinde à Deo ad-  
„ iutus est, inquit, qui à latrone, & qui ab ipsomet Diabo,  
„ lo ex fossa extractus est. Item, Ne cogitet aliter Dei a-  
„ mans, quam si Diabolus ei argentum, aurum, offerat, si reme-

remedium monstret, si ex carcere educat, Dei iussu fieri: quanquam etiam prauis adsit, vt scriptura impleatur, salutem & pacem ab inimicis expectare iubens. Item. Quis me reprehendat Diabolo praesenti si mandem, vt equum ex fossa extrahat, & is mihi pareat? Quis non existimet potius me in spiritus immundos impurum habere? In summa nihil aliud in toto eo libro agit, quam vt ostendat nihil referre ynde & per quæ operæ afferre conceris, modo non studeas nocere. Etenim Dæmones quoque diuino iussui obtemperantes sanare infirmos. Adducerem plura, nisi ex his, quod volo, satis eluceret. ER. Ne his quidem erat opus, cum impietas eius ex supra adductis conspicua sit. Qui transcribere omnia vellet, integrlos libros cogeretur transportare. Ceterum non posse his quenquam sine offensione Dei & grauissimo propriæ conscientiæ vulnere vti, facillimum est intellectu ex Sacris literis. Nolo de illis iam agere, qui Dæmones apertè vel suo vel alieno nomine consulunt, ab eisque aliquid petunt. Tam enim tetur & immane est hoc crimen, vt de eo ambigere nullus possit. Nec de illis etiam, qui scientes & prudentes rebus illicitis vtuntur, & Magica superstitione remedia colligunt & parant. Hos dico peccare graniter, quicunque rebus virtutum, quibus Deus virtutem ciuiscemodi non donavit, hoc est, qui extra & præter ordinem à Deo institutum, sanare aut sanari volunt, verbis scilicet, characteribus, certo siderum conspectu collectis aut præparatis medicaminibus, inefficacium rerum suspensionibus, & huiusmodi alijs. Deum constat omnis generis pharmaca ex terra creauisse, ac Medicum fecisse, vt illis morbos ab ægrotantium corporibus depellat, non tamen absq; Nominis Diuini inuocatione. Qui sic liberari à morbis cupit, tam non peccat, quam non offendit Deum esuriens cum gratiarum actione panem comedens ad com-

pescendam famem vitæque conseruationem. Neuter ordinationem Diuinam violat, sed quod concessit & ordinavit Deus, hoc solum vterque facit. Quod si quis ex-

**Nimium fit** grotans Medico & remedij nimium confidat, opem di-  
dens Medi- uinam non simul, imò etiam prius imploret, in Deum  
co & remi prorsus peccat. Fili, inquit Ecclesiasticus, ne prætermi-  
dij peccat. tas Deum in morbo tuo iuuocare, & ipse te sanabit. Re-  
cede à delicto, & cor ab omni peccato emunda, ac deit-

**Medicus ar** de locum des Medico. Non minus impingit Medicus  
ti sue plus arti sua plus æquo tribuens. Etenim tenetur ipse quoq;  
vniuio con prosperum euentum à Deo expectare & petere. Manife-  
fidens pec- stè id docet idem Syracides cap. 38. Ipse Deus, inquit, fa-  
cat. nat per hæc doloremque ab homine aufert. Pharmaco-  
pœus his suas mixturas temperat, neque ullum opera-  
cius finem habent: sed prosperitas ab ipso (Deo) dema-  
nat super vniuersam terram. Ipse quoque Dominum o-  
rat, vt curationem suam fortunet. Et offendit Deum, si

**Rex Asa.** non primus inuocetur ex historia Regis Asæ. 2. Paralip.  
16. Scribitur enim ipsum, quanquam aliâs pius esset, in  
morbo suo, quem diuturnum fuisse ex historia conisci-  
mus, non quæsiuisse Dominum, sed Medicos. **FVR**  
Audiui ego, scripturam loqui de interrogatione, qua so-  
liti erant in omnibus rebus Deum per Prophetas aut fa-  
cerdotes consulere, vt 1. Reg. 14. & 2. Reg. 1. & 20. factum  
videmus. ER. Haud interest nostra, quid putas in hac  
parte, quamuis de curatione magis, quam de morbi e-  
uentu loqui videatur scriptura. Hoc satis est. Deum of-  
fendi, si non in omni necessitate ad ipsum ante omnia  
recurramus. Ipse namque verus author est sanitatis. Me-  
dicoque & remedij vtitur tanquam instrumentis. Glo-  
ria ergo ipsi, non instrumentis debetur, quemadmo dū-  
laudare solemus artificem, non malleum, et si absq; eo  
opus effici ab ipso non potuerit. Minus debetur laus fa-  
nationis Medico & Pharmacis, quoniam sine his po-  
tuisset,

tuisset, si voluisset, sanare: cum absque instrumentis suis  
artifex nihil possit confidere. Ergo si offenditur Deus,  
cum remedij ab ipso creatis plus æquo confidimus,  
quomodo non grauissimè nobis irascatur, si à Cacodæ-  
mone excogitatis rebus sanitatem procurare stude-  
mus? Graue scelus est infamare Dei creaturas: quod fa-  
cit quisquis medijs à Deo ordinatis Diabolica figmen-  
ta präfert, qua efficacitatem nullam habent, aut ipsius  
opera habent, cum Deus iusto suo iudicio permittit.  
Grauius multò est, si etiam Sacris literis pietatis & salu-  
tis nostræ instrumentis abutentes, Sacramenta quædā  
aut instrumenta faciamus Satanæ, ad interitum nostrū  
eis ventris. FVR. Quid si nesciat, cui adhibentur, super  
stitiona & non naturalia esse? ERA. Minus credo, pec-  
cat, nihilominus tamen spes fit Diabolo maioris & cer-  
tioris in hominem potestatis. Etenim si etiam naturæ  
viribus depulsus sit morbus, horum virtute factum per  
suadet tunc, cum, qualia fuerint, cognitum erit. Scitè  
Nazianzenus, Nihil tibi opus est, inquit, τοια μάτων  
παραμέτων, οἷς ὁ τοντός συνεπέχεται. Certè per huius-  
modi irripit, & in possessionis quoddam ius venit am-  
plius aut saltem occasionem spei maioris dari sibi gau-  
det. Peccat ergo talibus vtens multifariam. Primùm,<sup>1</sup>  
quia creaturas Dei velut infamat ac neglit. Deinde,<sup>2</sup>  
quia præter ordinem Diuinum auxilium quærit. Ter-<sup>3</sup>  
tio, quia Diabolo adesse vires iuuandi persuasum ha-  
bet. Quarto, quia cum eo saltem tacitè commercium<sup>4</sup>  
habet, ei que veluti fores patefacit ad conatus maiores,  
Demum quia plus ei confidit, quam Deo. FVR. Quid<sup>5</sup>  
si alia remedia frustratentarit? ER. Immota manet Re-  
gula Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Deinde  
quid magis dedecet Christianum hominem, quam au-  
xilium contra Christi creatoris & seruatoris sui volun-  
tatem apud cius hostem quærere? An non est defectio-

*Infamatio  
creaturarū  
Dei.*

*Nazianze  
nus.*

**Defectio-** nis species? An non potuit opem adferre Christus? Po-  
**nis species** tuit certè Quod igitur non fecit, argumento est, nobis  
**est, apud sa** non expedire. Tanta namque est ipsius erga nos pietas,  
**panam au-** clementia, benignitas, misericordia & amor, vt nihil ac-  
**xiliū que-** cidere nobis velit, quod non salutem nostram promo-  
**rere.** uere possit. Quod si ergo rogatus per ea media, quæ no-  
 bis tradidit & commendauit, non operetur, quia meli-  
 us sic esse intelligit, nos per vetita media impetrare au-  
 debimus velle? Non mirum est, si irascatur hæc auden-  
 tibus, & Diabolo vexandos permittat aliquantum. No-  
 stram sententiam probant omnes Orthodoxi scripto-  
 res veteres, Clemens, Iustinus, Origenes, Eusebius, Chry-  
 sostomus, Hieronymus, Augustinus in locis multis, con-  
 cilia quædam, vt etiam Decret. testantur, in quibus rota-  
 causa hæc ex veteribus disputatur, De cr. 2. causa 26. Idem  
 senserūt Scholastici peritiores ac meliores omnes: pau-  
 ci quidam superstitiones ac Magi aliter docuerunt. Qui  
 cupit videre quærat in prædictis authoribus. Vnicum

**Tatianus** ex Tatiano Assyrio adscribam, propterea quod rem pu-  
**Assyrius.** chre declarat. Nullus affectus, inquit, per occultam alte-  
 riū rei dissensionem tollitur: nec ægrotus curatur am-  
 letis, vt pelliculis appensis. Dæmonum iste aggressiones  
 sunt. Et qui ægrotat, vel amat, vel odit, vel appetit vltor-  
 nem, istos sibi auxiliatores adsciscunt. Utuntur autem  
 Dæmones hoc artificij modo. Quemadmodum figuræ  
 literarum, & versus, qui inde conscribuntur, non per se  
 possunt indicare, quod scribitur: sed hæc sibi cogitatio-  
 num signa homines constituerunt, ex certa ipsorum con-  
 junctione, ita vt ordo literarum definitus est, rem intel-  
 ligentes: sic etiam variæ radices & neruorum & ossium  
 adhibitio, non sua natura aliiquid efficiunt, sed tanquam  
 elementaris institutio sunt improbitatis Dæmonum,  
 qui, ad quid singula valere debeant, præscripserunt. Vbi  
 verò ab hominibus usurpari viderint ministerium vel  
 cura,

curationem ipsorum, superueniunt, & eos ad seruitu-  
 tem redigunt. Illustrē hanc locum ex D. Iohannis D. Iohannis  
 Vvieri libro de præstigijs Dæmonum präclarissimo & vniuersili-  
 doctissimo hic in serere idcirco placuit, quod non so-  
 lum quæ nos super hac re disputauimus, verum etiam  
 quæ Augustinus atque alij rectè scripserunt, complecti-  
 tur Nullus, inquit, affectus naturalis per occultam alte-  
 rius rei dissensionem tollitur. Hoc rectè acceptum pror  
 sus verum est. Quippe alteratione ac mutatione tollun-  
 tur & inducuntur naturalia  $\tau\alpha\beta\eta$ , non per consensum  
 & dissensum occultum sine mutua sensilium qualita-  
 tum actione & passione. FVRN. At asseueranter scri-  
 bunt omnes fermè Magnetem ad presentiam Adaman-  
 tis non trahere ferrum: item quæ ex inunctione olei aut  
 succi coeparum. Idem hoc vsuuenire in alijs plurimis.  
 ER. Non pugnarent ista cum nostris, si quam maximè  
 vera essent. FVR. Ergone, an vera sint, dubitas? ERA.  
 Plurimum. Et de Adamante scio falsum esse ex certa ex-  
 periencia. Vedit multis retrò annis idem Conciliator il-  
 le Astrologomagus, vt minus dubites. Affirmavit nu-  
 per in historia aromatum & simplicium aliquot apud  
 Indos nascentium D. Garziā ab Horto Indiarum Prore D. Garziā  
 gis Medicus. Sæpius, inquit, experiri volui, sed figuramentū ab Horte.  
 esse deprehendi: quemadmodum & illud, quod de Ada-  
 mante capiti mulieris ipsa inscia supposito ferunt. Fabu-  
 losum etiam est, quod aciem eius plumbo obtundi pu-  
 tant propter hydrargyri cum plumbo permixtionem.  
 Tantum abesse refert idem, vt mallei istum respuat, vt  
 in scobem redigatur a malleo, & facillimè atteratur à  
 pilollo ferreo. Hæc ideo commemooro nunc, vt memi-  
 neris maximam partem eorum, quæ de hac occulta an-  
 tipathia & sympathia rerum scripta reperimus, vanam  
 falsamque esse. Ego sanè ex plurimis, quorum facere pe-  
 riculum lieuit, nullum inueni verum esse, præterquam

quæ rationem habent imperitis etiam Agricolis cognitam. Quod si etiam Adamas actionem impediret Magnetis, non ob id etiam affectum & proprietatem tolleret. Quippe ablato eo, traheret sicut prius. De cetero parum succo & oleo nihil comperti & explorati habeo: sed data copia Magnetis boni experiar. Quanquam nihil dubito: si quid hac in parte sit veri, à manifesta causa id perebere: quod apud Cardanum quoque me legisse suspicor. Sed ad rem. Nec morbus curatur amuletis velutum appensis pelliculis. Scio verius nihil dici posse. Sed & rationes nostræ huc vixque expositæ præclarè docet FVR. Negabis etiam substantias absque superstitione appensas efficares esse? ER. Si substantiae suspensa aduersentur causæ morbi alicuius manifesta qualitate, qua tollerentur discutere que eam possit, nihil pugno. At si occulta vi & propter antipathiam eueniire putet, iam dixi quid sentiam. Galenus ridens quendam, qui asthmaticos abscessu epoto Ciconiae stercore liberari afferuerat: si sapientis inquit, iuberet bibere hoc pharmacum, verisimile aliquid diceret. Quippe asthma ne quidem, si spatula in pectus demitti eaq; humor extrahi posset, una demissione per sanaretur. Simile quiddam & ego dico. Si causa morbi ut Comitialis, aut febris, à suspensa vel alligata substantia discuti queat, credam libenter. At magna oportet effluvia esse, quæ hoc præstent, dum materia multa est crassa & continua. Fortasse in declinatione nonnihil talia opus tulerunt aliquando, aut Natura reliquias deuelli tulisse visa sunt. De gēmis certo certius noui in uirtute Geeras esse nugas, quæ de earum occultis viribus (de manu in festis alia ratio est) ad medicum usum pertinentibus ac medendo. cepi. FVR Putauis semper remedia quædam circumalligata collo aut alijs partibus abdita vi, ratione totius substantiae morbos pellere, quomodo Magnes ferrum ad se pertrahit. ER. Nisi exemplum extaret Magnetis, nullum

nullum haberent ad has facultates omnia referentes, quorum causas non intelligunt, effugium. At ex vno Naturæ, vt sic dicam, miraculo, non oportet plura eiusdem generis introducere. Non enim quia torpedo se tangentibus torporem adfert, etiam herbas esse oportet aut lapides, qui tacti similiter operentur. Magnes trahit, quod trahi potest, nempe substantiam: remedia autem Mágica aut suspensa trahere aut pellere dicuntur morbos, id est, qualitates, quæ moueri nequeunt. Si causam morbi sensibiliter vacarent, libenter fidem ad huberem. Sed redeo ad Tatianum exponentem, quomodo Dæmones herbis, verbis, chartis, neruis, ossibus, pilis, characteribus, &c. allicantur, nempe quomodo literæ nobis significant, scilicet ex constituto. Sic ait ipsi his rebus illiciuntur, non quia talibus adiuentur in agendo, sed quia signa sibi fecerunt, quomodo homines verba. Omnia hæc probata nobis sunt antea, & per se possunt nota esse. Quippe causæ non sunt, quod etiam rudissimi intelligunt. Nullus enim est Idiotæ, qui non putet atriore maiore que potestate, quæ talia promittunt, indigere. Quocirco signa esse oportet. Non autem sunt à Deo instituta, cum talia prohibuerit. Nec ab hominibus, de quo nullus vñquam, puto, dubitauit. Sequitur ergo signa esse illarum rerum, quas Dæmones polliciti sunt, qualsque ipsi sibi ipsis prescriperunt. FVR. De spe magna decidi, video namque in verbis, signis, characteribus, imaginibus, figuris, ligaturis, amuletis, (quæ nra etiapa, weçanja, & Φυσια vocant Medici) herbarumque collectionibus, nihil esse veri, sed superstitione talia obseruari omnia. Et de his mihi satisfactum prorsus est, cum praesertim sciam praestantes Medicos & Philosophos talia cōtempsisse. Etenim Theophrastus lib. 9. lib. 9. de Plantarum historia censet absurdâ esse, & ab homini

Theophr.

lib. 9. de

Plant.

bus artes suas commendare volentib. facta. Idem apud Plutarchum in vita Periclis putauit Periclem pessimum affectum fuisse, qui hanc etiam in se stulticiam admisit. Imperator Caracalla. fet. quod amuletum alligari passus fuerat. Sed & Caracallam Imperatorem peripta contra febres grauitate damnasse ferunt. De Medicis Hippocr. & Galeno in primis supra dictum nobis recordor. Reliqui Græci ad has

Aetius. superstitiones propensiōes fuere: inter quos Aetius & Trallianus. Trallianus longius prolapsi sunt. Restat mihi adhuc pūfīllus quidam scrupulus, de herbarum collectionibus & de qua re supra quoque aliquid propositum fuit. Erenim Medici plurimum referre putant, quando vel herbae colligantur, vel remedia ægrotis offerantur. ER. In herbarum collectione id spectandum præcipiunt Medi, qui anni tēpore unaquæquis potentissima sit ad pāgendū, cuius causa v̄surpatur. Sic alias coelo scēno & siccō aut pluuiō, alias calido vel frigido iubent colligere: & alias in vere, alias in æstate, alias tempore alio, prout quæ certo tempore in vigore suo esse solet. Sic in cibendis Pharmacis morborum inspiciunt tempora. Aduersus hæc nullus vñquam sanus (Paracelsus) in sanum fuisse probatione apud me non habet opus; alii quid disputauit. Quis enim neget aliam esse aeris ratione ante Solis ortum aut in ipso exortu, quam in mendacio Bruta quoque discriminem noctis & diei percipiunt. Observant igitur Medici sensibiles aeris qualitates, nō mentaneos siderum se inuicem more Astrologico-spectantium situs: quos solos Sacrae literæ obseruantur prohibent, ac Medicina notandos negat. Carmina que frustra aut impiè sub collectionem recitari plantarū est. Nam si ad herbas dirigantur, vanus est labor, cum non audiant, nec intelligent. Si ad intelligentem membra est. tem dicantur, vel Deus erit, vel alia. Si Deus, neque conceperit

Carminū recitatio in Pharmacō rū lectione impia est.

ceptis verbis, neque certa hora opus est. Etenim Deus  
 non ad verba & syllabas, sed ad animum petentis respi-  
 cit. Non quibus verbis ab eo aliquid oremus curæ ipsi  
 est, sed quo affectu & qua fiducia: vt qui corda scrutet,  
 non signis contentus esse cogatur. Non minus gemen-  
 tes & sola cogitatione rogantes exaudit, quam preces  
 voce effundentes. Et cum quid, quando, cui, quantum,  
 quo modo dare debeat, solus norit, cuique dat, quantū  
 expedire intelligit. Hanc ob causam voluit, vt sub con-  
 ditione res terrenas ab eo flagitaremus. Plura enim quæ  
 utilia nobis fore indicauimus, noxia forent, si obtinge-  
 rent. Summa est, à Deo aliquid petentes opus non ha-  
 bere certis verbis aut certi temporis obseruatione. Ad-  
 de quod non debemus, vt iam dictum est, à Deo flagita-  
 re, vt miracula per nos edat, aut rebus naturalibus vires  
 maiores, quam de principio dare placuit, infundat. Si  
 angelos bonos appelles, non exaudient te abs se peten-  
 tem, quod à solo Deo peti debet. Solus enim potest vi-  
 res donare naturalibus maiores. Si à Dæmonibus ro-  
 ges, illicita & impia est petitio. Ergo conjectum mihi  
 iam est, Magiam, quatenus vtitur verbis sacris, profanis,  
 barbaris, precibus, iussionibus, adiurationibus, exorcis-  
 mis, laudationibus, votis, characteribus, figuris, Imagini-  
 bus, siderum certorum ac horarum obseruationibus,  
 ligaturis, suspensionibus, &c. vanam, futilem, impiam, &  
 seuerissimis poenis coercendam esse. Quin & illud de-  
 claratum est, superstitionem esse manifestam, quando  
 rebus aliquibus vires adscribuntur, quas per naturam  
 suam habere nequeunt: vt cum corallis, hypericoni, vel  
 alijs attribuitur facultas Dæmones & spectra fugandi,  
 tonitrua, fulmina, tempestates vel ciendi vel arcendi, ti-  
 morem & tristitiam pellendi, aduersa mala auertendi,  
 odium inducendi, gratiam & fauorem Principum atq;  
 aliorum conciliandi, & huins farinæ plurima. Sanè asi-

A' Deo pe-  
 tentes non  
 egent certo  
 rum uerbo  
 rum obser-  
 uatione.

nis rudiores esse oportet, quicunque talia naturaliter  
inesse rebus naturalibus opinantur. De Intelligentibus  
loquor, qui que de hac re serio cogitarunt. Quis enim  
res corporatas in substantias incorporeas imperium &  
vim agendi habere putet? Solus Deus Dæmones regit,  
frenat, cogit. Ab horum violentia virtute sua vbique no-  
bis præsens atque angelorum suorum ministerio tue-  
tur: non herbarum & gemmarum viribus, quæ in sui ge-  
neris res, quibus cum materia communicant, pro natu-  
ris suis tantum agunt, nos defendit. Dictum quoque  
fuit corporea nil posse in mentes, ac proinde nihil eo-  
rum efficere, quæ à mente profiscuntur. Quocirca fal-  
sa & superstitione sunt illiusmodi omnia. FVR. Arqui-  
vtuntur Magorum aliqui etiam rebus naturalibus, vñ-  
de partem aliquam *Φαρμακείας* vocauerunt. E.R. Sic est.  
Ad hanc partem attinent *Φιλτρα*: item beneficia, de qui-  
bus in præsentia non loquimur. FVR. Beneficia pro-  
priè dicta ad institutum præsens non spectant, fateor: at  
Philtrorum consideratio minimè videtur aliena esse. E.R.  
Paucis nos hinc expedire poterimus, si modò supra di-  
*De Philtris* citorū recordati fuerimus. Quæ de Philtris ipse legi, vel  
sunt venena furorem inducētia & mortē potius, q̄ amo-  
rem, vel vana & superstitione. Prioris generis reperies a-  
pud veteres nonnulla: nec est opus commemorare, q̄a-  
nunquam in lucem prodijſſe præstaret. Hoc certum est, q̄a-  
pharmacæ non mutare animos, nisi prius mutent cor-  
poris temperaturam. At hanc eò vsque mutare, vt affe-  
ctiones ac mores mutari necessarium sit, & quidem su-  
bitò, omnino periculosest. Taceo quod prorsus im-  
possibile est sic naturam seu temperamentum cuiulli  
bet mutare, vt amor potius quam alia quæpiam passio-  
consequatur. Alterius generis sunt ridicula quædā, ab-  
rasiones pedum, sordes auriū, saliuia, & excrementa cor-  
poris alia: quæ ceremonijs quibusdam adhibitis amo-

rem excitare credita sunt, cōfirmāte credulitatē hominum Cacodæmone. Certò certius est, neque horum neque illorum aliquid per se amorem odiūmū suscitare posse: quod ex disputatione de fascinatione atque alijs percipere potuit. Si quid vīla sunt efficere, Dæmon efficit, ac virtute talium perfecta fuisse persuasit. Semper plures ad insaniam & morbos redacti sunt, quam ad amandum compulsi. Recitat quædam ex Agrippa Cardanus, quæ non est necesse nos repetere. Quid permittere Domino in hac re possit Satan ex vita Hilarionis à Hieronymo descripta cognoscere poteris, siquidem plara videre desideras. Summa est, quædam suscitandi <sup>philtronū</sup> duo summa amoris causa exhiberi venenati aliquid possidentia, atque non amorem, sed insaniam mortemque inferre. <sup>genera.</sup>

Quædam minus quidem esse noxia, sed inania & superfluis, ut quæ ex se vim nullam habeant, sed ex Dæmonis cooperatione nonnunquam effectum sortiri videantur. Vtraque ergo impiè adhibentur. Quod de amore dictum est, de odio, alijsque animi affectibus dictum pariter esse putandum est. Inducuntur hi non viribus pharmacorum, sed illis officijs præstitis aut negatis, quæ in hoc mundo præcipue valent. Cæterū quia de operatrice Magia satis est actum, nunc Diuinatricem breuiter inspiciamus. FVR. De Lamijs, quas & Empunas, & μερμολυκέας Græci, Latini Sagas, Veneficas, & Striges nominant, nihil adhuc egimus. ER. Has inter Magos numerandas cencio, aperte cum Dæmone foedus iungentes. FVR. Attamen discrimen est inter eos. Quo niam Magi vtuntur arte, quam ex libris discunt: Sagæ autem absque arte & libris mirabilia videntur peragere. Deinde non semper sciunt ex arte Magi se tam graviiter peccare, ut qui existiment verborum sacrorum virutute adeoque Dei, se Satanam cogere, cum Sagæ absolutes se ipsi tradant, eiusque voluntati se sub certis condi-

tionibus permittant. Adde quod Magi nihil faciunt abs que conceptis quibusdam verbis & exorcismis. Striges autem talibus nullis vtuntur, aut non semper eisdem, si cut illi. Cuperem ergo proprius intelligere vtrum aliquid possint, & quantum possint. ER. Responsio est facilis, nihil eas posse illorum, quæ sibi arrogant. Quod enim possunt ac faciunt, facit Diabolus, cui se tradiderrunt, quotiens Deus facere finit. Satis est in superioribus ostensum, limitatas esse Cacodæmonum vires. Adhibere quædam iubet carentia viribus illis, quas à se infusas persuasit: non quia illis opus habeat, sed ut faciliter ipsas ludificetur: & si non possit effectum dare, excusationem habeat paratiorem. Sic igitur respondeo: Striges mirifica opera, quæ vulgo facere creduntur, præstatre neutquam posse. Etenim ex proprijs naturæ viribus non possunt, sicut constat. Nec à re corporea accipere possunt, cum animos humanos talia mutare, & supra infitas à natura vires tollere nequeant. Quare neque ratu, neque afflato, neque voce, murmure, verbis, neque nutu & desiderio animi, neque instrumentis corporis alijs noxia facultate carentibus lèdere valent, si naturales earum vires æstimes. Quippe non habet instrumentum plus artis ad agendum, quam ab artifice ei imperatur. Quapropter non habent maiorem vim verba, & tifice. ampli gratia, quam animus, à quo promanant, impetrare potest. Restat ergo, ut aliunde tantis donentur instrumentis. Non donat autem Deus, vel Angeli boni, quia deficerunt à Deo ad Diabolum, & se Dei, pietatis, & amicorum Dei omnium hostes profitentur. Adde quod à Deo & sanctis eius angelis nihil petunt. Proinde sequitur

*Vtrum ali-*  
*quid pos-*  
*sint Lamie,*  
*& quan-*  
*tum.*

*Instrumen-*  
*tū*  
*non habet*  
*plus viriū*  
*& artis ar-*  
*tifice.*

*Fabulæ fe-*  
*re sunt, que*  
*de Sagarū*  
*miraculis*  
*referuntur.*

eas virtute Satanæ agcre, quæ agunt. Sed hunc etiam super naturæ vires nihil posse monstratum est. Itaque fabulæ ferè sunt, quidem superstitiones, quæ de carum viriibus referuntur: quod per acrem ferantur vivuguent, cuius

eniusdam baculis insidentes: quod per clausas fores ingrediantur: quod in bruta transmutentur: quod tempestates cieant: quod morbos immittant, quibus volunt: quod nutu, verbis, voce, rebus minimè pernicioſarum exhibitione, interficiant. FVR. Mira narras: nec credibilia sunt, quæ recitasti omnia. Diabolus limitatas habere vires non imus inficias. At quod hactenus spoliās & depauperas, vt nec tempestates aeris mouere possit, nec alia talia facere, à veritate nimis longè recedis. Aliud hiftoria Iobi probat: aliud Paulus Ephes. 6. docet: aliud Apocal. indicat: aliud denique experientia declarat. Audiui sàpè à Theologis tantam esse Satanæ potestiam, vt, nisi à Deo coherceretur, mundum penè posset cuertere. ER. De potentia & impotentia spirituum variè loquitur Scriptura, & nos cum eadē. Quò fit, vt prudenter sit distinguendum hallucinari nolentibus. Si naturam eorum consideremus, quantisque viribus auctore dotati ornatique fuerint, estimemus, maiores sunt, quam nos credere facile possimus. Est porro constantis Theologorum omnium opinio, naturam Dæmones in lapsu retinuisse, lumen solum gratiæ & fauoris Divini amisisse: & idcirco viribus prorsus maximis præditos permansisse. Quod eis pro sua libidine ad pernitię exitiumque nostrum non vtuntur, potestas & bonitas Divina facit, non sinens eos quod possunt & concupiscunt, perficere. Tunc autem permittit, cum tanquam ministris vti eis ad suam gloriam & suorum salutem stant. Itaque Iobum diuexaturus aerem turbare potuit: alias facere non potest. Docet hoc vniuersa scriptura, *solus Deus quælibet Deum autorem pluiae, roris, siccitatis, lere* aeris tempeſtatem & in tempeſtatem creat.

*De potentia  
et impotentiā  
spirituum*

ciant? & num cœli dabunt imbres? An non tu es Ieho  
uah Deus noster? Te igitur expectamus. Tu enim fecisti  
omnia hæc. Quapropter multa posse dicimus, cum na-  
turæ, quam accepit, nobilitatem, præstantiam, poten-  
tiamque aestimamus. Negamus autem, quando circum-  
scriptam & cohercitam eius potestatem consideram⁹.  
FVR. At hoc pacto non soluitur difficultas. Etenim nos  
quoque nihil possumus absque Diuina permissione, ac  
**Duplex est  
refrenatio** nihilominus multa præter & contra Dei voluntatem  
agimus. ER. Duplex est refrénatio, Generalis & Parti-  
cularis. Quod ad generalem attinet cohercionem,  
plus potest homo, quam Dæmones in his rebus exter-  
nis, ad vsum vitæ exterioris pertinentibus. Etenim ho-  
mo denarios ex omni loco furari, si corporato muni-  
mento nullo prohibeatur, potest. Dæmones non mo-  
do non possunt auferre, sed ne quidem accipere ab offe-  
rentibus possunt. In qua resumma Dei sapientia præci-  
pue elucet. Si enim thesauros regum tollere possent,  
cū repagula omnia amoliri, clausa reserare, grauita mo-  
uere & quæ loco moueri possunt, transferre valeant, to-  
tum propè mundum opum largitione corrumperent.  
At hoc eis non est concessum, tametsi generaliter ho-  
mini concessum sit. Sed hic alijs rebus impeditur, muni-  
mentis, muris, claustris, quibus occlusis nihil potest, nisi  
lata autem accipere semper & ab omnibus potest, nisi  
peculiariter à Deo prohibeatur. Et quomodo fur ex ge-  
nerali concessione insidiatur bonis alienis, ita ferè Dæ-  
mon saluti nostræ inhiat. Sed vt ille corporeis rebus ar-  
cetur, ita hic Diuina virtute & bonorum Angelorum  
Ministerio absterretur. Quamobrem permisit utrisque  
Deus quædam in genere, & quædam in specie. Quæ qui-  
dā plus, in alijs minus probè distinguet, facile se explicabit ex præsente qua-  
stione. Etenim in quibusdā rebus in genere plus homo  
potest, in alijs plus Satan. Hic enim insinuare se phanta-

**In quibus-  
dā plus, in  
alijs minus  
potest ho-  
mo Dæmo-** potest, in alijs plus Satan. Hic enim insinuare se phanta-  
sic

si & latenter potest, nisi peculiari Dei virtute prohibeatur, aurum argentumque tollere non potest. Homo contra in alterius Phantasiam se ingerere non valet, aurum & argentum dolo, arte, furto, vi abripere potest. Vtrique tamen sic frænatur à Deo non tantum generaliter, sed etiam specialiter, ut neutri fines sibi vtroque modo præscriptos transilire queant. Rectè Theologi veteres censuerunt, Dæmones insitæ substantiæ viribus, si à Deo sibi permittantur, ea posse peragere, quæ locali motu & conueniente scitaque agentium & patientium coniunctione perfici possunt: rerum autem naturas contra materiae habilitatem à creatore inditam immutare nullo modo posse. Quid homines sibi permitti valeant efficere, nullus est, puto, qui nesciat. FVR. Intelligo rem hanc satis, & quidem multò, quā antehac, rectius. Sed supereft aliud maioris, ut arbitror, momenti. Dicis Sagas nec per se aliquid posse efficere, nec per instrumenta, quibus vti solent, nocere, nec Dæmonis etiam opera lèdere. Si sic res habet, quod non possum nunc negare, iniurissimè agere illos fatendum erit, qui miseras istas, velut nocentissimas pestes cōcre-  
vtrum re-  
etē punian  
tur morte  
striges.  
 mari iubent, cum sint innocentes eorum criminū, quo-  
 rum ipsæ non raro se reas esse confitentur. ER. Quo-  
 rum ne criminum dicis innocentes esse? FVR. Homicidi, Quatenus  
 & aliorum talium, quæ nec ab ipsis, nec à Dæmonibus  
 absque peculiari Dei permisso effici posse aiebas. ERA.  
 Haud rectè concludis. Non enim sequitur, si horum nihil re ipsa possint efficere, absoluendas etiam esse. Quoniam aliae insuper causæ sunt, propter quas punienda videntur. FVR. Quænam illæ sunt? ER. Non pertinet ad præsens institutum hæc disceptatio, in qua hoc solum scrutamur, an efficaciam aliquam remedia isthæc

habcant, & an salua pietate conscientia que vti eis possi-  
mus. FVR. Scio: sed quia hoc etiam queritur hodie, ac  
innocentes hac in parte asceris, scire velim cur non in-

**Cur Lami-** iuste capitum suppicio afficiantur? ER. In causa est prae-  
**as occidi** cipue præceptum Dei iubentis Maleficas occidere, Exo-  
**Deus iusse-** di 22. FVR. Recte. At non comprehensa sunt in venefi-  
rit. carum classe Striges, vt ex iam disputatis liquet. Quip-  
pe Lex Dei accipienda est, non de Melancholicis, que va-

detur sibi maleficæ artis peritiam tenere, cum sint eius  
expertes, sed de veris Magis & veneficis. Constat autem  
Lamias nostræ ætatis deliras esse anus, artem nullam di-  
dicisse, libros nullos habere, legere non posse, denique  
fatuas esse. Constat non minus, formulas eas coniura-  
tionum & exorcismorum nullas obseruare, nec aliquas  
recitare, sed imaginatione lædere, quos lædere tameni-  
psò facto non possunt. Corruptam habent Phantasiam,  
varijisque imaginibus pictam, qua tanquam delirantes  
se ipsas pariter & alios fallunt. Argumento certissimo  
est, quod harum in sacris literis nulla fit mentio, quod  
que neminem Christus & Apostoli sanauisse scribu-  
tur, qui ab huiusmodi Lamij effascinatus ac laesus fu-  
set. His & similibus argumentis inducor, vt iniuriam in  
felicibus fieri putem prorsus maximam. ER. Ego vero  
has rationes tuas longè existimo infirmiores esse, quam  
vt mouere quenquam debeant. Quod diximus eas mi-  
racula nulla facere, verum est. Quod propterea dimi-  
tendas putas, error est. Etenim mandatum Dei punire

**Cur Deus** iubet Ariolos, Vaticinatores, Præstigiatores atque Ma-  
**Augures et** gos omnis generis & conditionis, nō ob id solum, quia  
**Magos in-** aliquem læserint, aut damnum dederint, sed quia artem  
**terfici man-** impiam contra præceptum Dei didicerint atque exer-  
**darit.** cuerint. Quis tam est rerum imperitus omnium, qui  
nesciat, multos Astrologos, Augures, Diuinatores, hoc  
ipso nomine damnari à Deo capitum suppicio, quia has  
artes

artes tractauerint, tametsi facto nullum vñquam læserint? Sanè quicunque simpliciter Diuinandi artes profi-  
tentur, vt Augures, Aruspices, Astrologi, & alij vaticina-  
tores, iij malum nulli procurant, sed quid aues, exta, cœ-  
li, fata, statuerint, solum prænunciant. At non solum ta- Consulētes  
solum Ario  
los punit  
Lex Diui-  
na.  
lia profitentes, verum etiam consulentes puniendos &  
execrandoſ afferit Deus: licet aperte cum Dæmonibus  
pacti nunquam fuerint, & à veritate ac pietate deficere  
nequidem cogitauerint. Quare nihil contra disputata  
nunc affirmo, sed consentientia prorsus adfero. Sed agā  
pressius tecum. An non putas Deum capitis pœnam ita  
tuuisse omnibus illis, quos in præſente ſententia Malefi-  
cos nominat Moses? FVR. Omnipotens. ER. Concedis ne  
comprehensos ibi Necromantes, Sciomantes, Præſtigia-  
tores? Si fateris, benè eſt: ſi inficiariſ, facile ex scripturæ  
verbis Exodi 7. atq; alibi repetitis opinionem refellam.  
FVR. Concedo. ER. At hos non ideo iuſſit Deus puni-  
ri, quia damnum dederint, aut quod concupiuerunt,  
perfecerint, sed quod artes nefarias didicerint societa-  
temque cum Dæmonibus contraxerint. Evidem illi  
curiositate quadam magis ducti, quam ob aliud quic-  
quam, vmbreas euocant, vt ex eis occulta futuraque co-  
gnoscant, aut ſpectaculum aliquod præſentibus exhibe-  
ant, atque ad res iudicas & admirabiles ijs vt tantur:  
raro in eum finem accersunt, vt noceant. In cauſa ſunt  
multa, inter quæ illud etiam eſt, quod non neſciunt fa-  
cilius ſe à Dæmonibus impetrare, quæ diximus, quam  
ve damnum det, quibus & quando volunt. Hoc enim  
Deus eis negauit, illud liberius dedit. Hinc eſt, quod mi-  
nus execrabilis vulgo putantur tales, vt qui vel num-  
quam vel raro admodum noceant, imò prodeſſe poti?  
velle videantur occultarum rerum indicatione, futuro  
rum præmonſtratione, alijsque talibus modis. Putant  
hodie tales Præſtigiatores, (& putarunt olim quo que, vt

partim ex Iosepho, partim ex 19. Act. colligimus) semeliores esse hoc nomine plerisque alijs, quod beneficio artis suæ, id est, virtute & efficacia Diuinorum verborū, ac rerum aliarum Dæmones inuitos possint cogere. Ad argumentum inuictum, quod videlicet Deus in re dubia consulenti Ariolos, Magos, Diuinatores alios, extitum minatur Leuit. 19. & 20. Deut. 18. Iam qui alium de successu interrogat, (vt si ægrotus interroget de morbi euentu,) damnum proximo nullum dat. At nihilominus præcipit Deus tales puniri, &, si à Magistratu non puniantur, ipsem et eos vult exterminare & excindere, ut in citatis locis legimus, & exempla illustrissima in Regibus, Saule 1. Sam. 28. & Ahazia 2. Reg. 1. habemus. Clare firmeque probatum nunc uides, me cum antè didicis non pugnare: nec ideo Sagas non esse puniendas, quia non possunt facere, quæ à Dæmone persuasæ opinantur se posse. FVR. Sed loqui videtur Moses de verè veneficis, siue de propinantibus vera & naturalia venena. ER. Mosen de talibus hic non agere, ex multis confitare nobis poterit. Evidem sub Legibus Talionis & Homicidiorum tales comprehensi sunt. Homicida namque quis. non is tantum est, qui lapide, fuste, pugno, gladio, securi, aliquem interfecit, sed & qui manibus, laqueo, puluino, re alia, quempiam suffocauit, vel ex alto præcipitu, vel fame necauit, vel manus sibi inferre coegit, vel taxatione quavis alia perdidit. Nemo dubitat, quin homicida sit, quisquis sciens ac prudens hominem interemisse ueneno propinato, quod uenenum esse sciret, occiderit, seu alio instrumento è medio sustulerit. Quocirca tām non fuit necessarium de veris ueneficis peculiarem ferre legem, quām non fuit opus alijs homicidiorum speciebus, quas recensui, proprias constituere penas. Longissimè alia est illorum ratio, qui diris carmini bus, Dæmonū inuocationibus, exorcismis, immundo-

rum

Homicida  
quis.

rum spirituum immisione, rerum incantatarum exhibitione, occidere aliquem conantur. Hæc imperfectio-  
 nis ratio cum sub Lege de homicidis compr̄hensa nō  
 esse videretur, meritò pr̄cepto peculiari est prohibita.  
 Quamobrem non de illis hic pr̄cipit Moses, qui nota *Moses non*  
*venena necādi causa offerunt, sed de alijs agit. Non po-*  
*loquitur de*  
*test autem de alijs vllis agere, quam de illis, qui nefarijs ueris Vene-*  
*carmiinibus, diris imprecationibus, superstitionis figu. ficiſ.*  
 p̄ij ceremonijs, pharmacis à Diabolo medicatis seu p̄  
 artes illicitas concinnatis miranda quedam facere aut  
 nocere conantur. Probat hoc nomen, quo Spiritus san-  
 dus in pr̄sente loco vsus est. Reperitur idem alibi quo  
 que repetitum, vt Exodi 7.Dan.2.Deut.18.Micheſ 5.alijſ  
 que locis, in quibus omnibus positum est pro Incanta-  
 toribus, qui verbis, signis, imaginibus, characteri-  
 bus, rebus opera Dēmonum preparatis miranda face-  
 re, aut segetibus, brutis, hominibus nocere volūt ac stu-  
 dent. Vbiq̄ue significat commertium habētes cum im-  
 puris & cōdemnatis spiritibus: quorum ope & auxilio  
 se putent miracula edere, aut damnum dare posse. Sa-  
 ne peritissimi lingue sacrę interpres in hac parte om-  
 nes consentiunt, quantumuis alij plura alij pauciora  
 complecti arbitrentur. FVR. Tametsi concedatur ti-  
 bi, Mosen maleficas intelligere, non quę veneno, aut a-  
 lia re efficaci soleāt occidere, aut damnum dare alicui:  
 tamen non consequitur, vt de omnibus loquatur, qui  
 quibuscunque ineptissimis licet modis, & rationibus  
 planè deliris aliquid videantur agere, quò maleficium  
 in animo conceptum taliter qualiter testentur. ER. Ne  
 ego quidem de omnibus qualitercunque lēdere cupi-  
 entibus loqui eum censeo: sed Striges excipi posse ne-  
 go. Etenim ex modō dictis perspicuum est, Maleficos es-  
 se, qui opera & auxilio Dēmonū, interueniente paſtio-

ne, rebus aliquibus vtitur ad peragendas res tales, quales ex sua natura efficere non possunt. Striges autem ope Diaboli nituntur, pacto expresso intercedente, in a-  
gendiis rebus suis: & ad eas perficiendas instrumentis v-  
tuntur, quas ex natura sua sciunt vires tales non obti-  
nuisse. Apertè confitentur, se in hac opinione esse, no-  
uis ea imbuvi viribus à Satana. Quocirca Maleficis, de  
quibus hic loquitur Moses, accensendæ omnino viden-  
tur. Sed dic tu nobis, oro te, de quibus eum agere putas?  
Ego certè extra dubium pono, Deum hic generaliter o-  
mnes eos comprehendisse, quos is. Deut. speciatim enu-  
merauit. FVR. De Necromantis, Sciomantis, Præstigia-  
toribus, Magis infamibus, Exorcistis. ER. Rectè. Curau-  
tem talibus supplicium capit is minitur Deus? FVR.

*Propter ar-  
tem falsam  
non occidū-  
tur homi-*

Quoniam exercent artes falsas, illicitas, noxias. ER. Pro-  
pter falsitatem non iussit Deus ita feuerè in quenquam  
animaduertere. Finge enim, quod res est, existere ali-  
*us.* quos, qui profiteantur artem præparandi pharmacum,  
quod vnum morbis omnibus præsentissimum sit reme-  
dium, corpusque tanrum non seruet immortale. Hunc  
tu interficiendum iudicabis, quia artem falsam profite-  
tur? Pollicetur alius artem transmutandi plumbum,  
stannum, æs, (adde etiam, si liber, lignum) in verum & ge-  
nuinum aurum, quod bonitate naturale superet: hum-  
tu suffragio tuo occides, quia falsam artem meditatur  
& exercet? Non puto: Sed quia de his, vtrum falsæ sint  
dubitas, fac esse, qui promittat artem naturalem fabri-  
candi naues, quibus per aerem sic feramur, quomodo  
in aquis nauigamus, (iam enim tentatum hoc à quo-  
dam fuisse accepi) an mortem hunc commeruisse arbit-  
aberis, quia falsa & impossibilia conatus fuerit? Mir-  
uento suo differat. FVR. Concedo, soli falsitati non de-  
beri extreum suppliciū, sed si vetitæ simul sint & per-  
nicio-

nicioſæ. ER. Iam quod neque propter damnum, quod Non crinib  
 aliqui ex his artificibus dant, capitalem pœnam statue artifici dā-  
 rit omnibus, ex eo certissimè probatur, quod Arioli, Au num danti  
 gures, Aruspices, Diuinatores alij, nemini per se nocent, pœna mor  
 sed solum, quæ ab auibus, extis, rebusque alijs portendi tis posita  
 & preindicari viderunt, prænunciant. Hos, inquam, cum eſt.  
 occidi vult, satis docemur, ob aliam causam capitales  
 esse tales artes. Adde quod tantum consulentibus exi-  
 gitauerint aliquando. Cur ergo capitales esse voluit?  
 Quia illicitæ ſunt, inquies. Rectè. At nō omne illicitum Non om̄c  
 opus est capitale. Quædam actio illicita eſt propter ge- illicū op̄  
 nus operis, vt adulterium, homicidium. Quædam pro capitale eſt  
 pter finem, vt ſi per ſe bona actio mali cauſa fiat. Quæ-  
 dam propter inconuenientem agendi modum. Hic om  
 nia conueniunt. Nam & artes hasce discere atque exer-  
 cere damnabile eſt. Finis quoque eſt malus, ſiue ad no-  
 cendum, ſiue ad præagiendum comparentur. Modus  
 etiam diſcendi & exercendi prauus eſt, dum interueni-  
 ente pacto vel occulto vel aperto cum Dæmonibus ex-  
 ercentur & addiſcuntur. Mouit hoc Pomponatium, vt,  
 quamuis Magiam & Necromantiam bonas artes cen-  
 fuerit eſſe, ac perfici eis Mentem nostram impiè puta-  
 uerit, modum diſcendi earundem damnauerit. Capita-  
 les ergo voluit De' has artes eſſe, q̄a ſine capitali pacto  
 neq; diſcuntur neq; exercenſ: hoc eſt, quia & diſcētes &  
 exercentes societatem cum Dæmonibus contrahunt  
 vel apertè vel tacitè. Dum enim utuntur instrumentis,  
 que ex ſua natura vires non habent, quas deſiderant, ac  
 proinde effectum à Dæmonibus expectat, cum eisdem  
 quoque pacifci rectè creduntur, tameti non ſapè eis  
 hoc in mentem veniat. Apertè iam cernis, cur ſint capi-  
 tales malefīcæ artes tunc etiam, cum ſine danno pro-  
 ximi exercentur, nempe propter initam cum Dæmons

Cur capita  
les uoluerit  
Deus artes  
Lamiarum

vel occultam vel expressam pactionem. Quod si noxiam  
insuper sint, multò magis sunt capitales. Cæterū con-  
stat nullas damnosiores esse Sagarum artibus. FVR.  
**Aries Sagorum dāno-  
fissimæ.** Quomodo damnosas dicis nūc, quas inanes esse supra  
asseuerabas? ER. Damnosas voco, non quia ipsæ per se  
artes efficaces sint, sed quia earum occasione continuè  
instigant, impellunt, inflammant Cacodemones ad no-  
cendum. Quamuis ipsi per se huc aduigilent, vt noceat,  
tamen probabile est sæpè eos non fuisse cogitatores,  
quaè incitati à Sagis deinde tentat, & permittente Deo  
perficiunt. Fiunt eadem maleficia re ipsa à Dæmonibus  
latenter: at nihilominus rectè vocantur Malefici, qui  
eos incitarunt, adeoque semetipsos Satanæ opera per-  
fecisse opinantur. FVR. Sunt ergo instrumenta Dæmo-  
num. Quare minus severè cum illis videtur agendum.  
 ER. Istrumenta sunt, sed ratione vtentia. Non inno-  
cens est, qui iubente alio interficit hominem. Deinde  
non instrumenta solum sunt, sed autores & impulsio-  
res. FVR. Nondum tamen video plus eas nocere alij.  
 ER. Primum constat verba, exorcismos, carmina, figu-  
ras, nihil posse. Si ergo affectus aliquis interdum sequi-  
visus est, Dæmonis fuit opus, vt firmissimè ostendimus.  
 Putas ne tu Satanam plus nocere carmine quopiam pa-  
ctionem tacitam continentे inuitatum, quam aperta  
societate verbisque supplicibus exoratum? Nec roman-  
tes, alijque tales, societatem obscurè confiant, & per-  
suasi sunt se bonos & pios esse, occultaq; virtute facro-  
rum verborum Dæmones cogere ad faciendum, qua-  
imperauerint. Quod si interdum ipsis litant, non tam  
placari & exorari talibus sacrificijs putant, quam co-  
gi. Denique ad res fermè ludicras, vt dixi, auxilio eorum  
abutuntur. Lamiæ autem foedera cum Satana sacrile-  
ga apertaq; percutiunt, fidelitatem ei iurant, totas se  
tradunt, conuiuantur, choreas vñà ducunt, corpus quo-  
que

que(horrendum dictu) miscent, hostes se Dei pietatisq; omnis futuras promittunt, characterem eius recipiūt, & hæc omnia idcirco faciunt, vt ab eo doceantur noce refrugibus, animalibus, hominibus: quò sua consilia omnia propè dirigunt. Non, vt illi, inuitos aduocant, sed volentes & tanquam amicos excipiunt: non carminibus exciūt, sed terra libidine, Dei abnegatione, & sui editio alliciunt: non ex inuitis, vt simulat, responsa extorquent, sed in colloquio familiari inter foedos amplius, quæ videntur, interrogant: non ad præstigias umbrasq; excitandas accersunt, sed ad exitium inferendum continuè pactionum stimulis impellunt. Quo patet igitur non insaniat, qui harum quam illorum artes minus noxias opinetur? FVR. Sed artem nullam tenent, nec eius descendē gratia domo vñquam profecte sunt: libris etiam carent, ac legere plerunque nesciunt: formula quoque certa coniurationis conceptisq; verbis sua non agunt instar Maleficorum Magorum. ER.

Quasi verò Lex Dei iubeat illos solos puniri, qui artem Lex Dei longam, multo labore, longa ob id peregrinatione su- nō solos ar- scera, perdidicerint. Non pœnam irrogatā à Deo me- tem longo tempore dī scentes pu- ministi consulentibus Ario los? An hos etiam artem in- terrogandi longam ex libris discere oportuit, priusquā nit.

pœnam meriti fuissent? Imò sunt hac etiam in parte execrabiliores, quod, quæ ex libris alij discunt, ex ipsis ut met Satanę ore excipiunt, Deinde quod Præceptorem semper habent præsentem, & quotidian ab eo instruuntur. Adde quod nihil eorum omittunt, quæ alij Incantatores pro obtinendis artibus suis faciunt, sed horribilia insuper scelera patrant, quæ alij vix cogitare ausint. Lex Diuina non damnat solos vrentes conceptis verbis ac formulis, sed in genere Maleficos punit. Sunt autem Malefici, vt clarissimè demonstrauimus, quicunq; res naturæ vires superantes efficere student auxilio & ope-

ra Diaboli, intercedente pactione vel occulta vel tacita, siue certam siue incertam sequantur formulam rationemque agendi. Striges autem maiora tentare, quae naturae viribus effici possit ab illis rebus, quas adhibent, nullus negat. Eisdem opinari falsa persuasionem res innoxias noua imbui virtute ex blasphemia vel inepta ad murmuratione, aut Daemonum inuocatione, & quae ceterum est. Pacisci eas aperte & longe quidem scelerosius alijs cunctis, ne ipsae quidem diffitentur. Quomodo ergo non vere sint inter Maleficos numerandæ, licet ex preceptis scriptis artem suam non hauserint? FVR. At videmus Magos efficere quædam, quæ Striges non efficiunt. Quippe Exodi 7. serpentes, ranas, sanguinem fecerunt, Pythonissa Samuelem euocauit, i. Sam. 28. alijs serpentes incantarunt. Psal. 58. Omitto nunc, quæ nostris æstatibus visa sunt. ER. Nihil his probas. Etenim & per se notum & iam ante probatum est, horum omnium nihil Magos artis suæ viribus efficere, sed esse omnia ralia Daemonis ludibria præstigijs ludificantis. Cum ergo utrobique Satan efficiat, quod aut vere aut simulatè efficitur, necesse est, ut par sit utrobique ratio. Quinim tantò in Sagis est efficacior, quanto eas habet oblique quantiores. Et quis tam est audax, qui minora aut pauciora effici à Sagis putet, quam ab alijs Magis? Si historiæ recordum est, longe hi ab illis superantur. FVR. Res exhibent innoxias, ideoque non lèdunt. ER. Nego sequi. Quid enim? An plus possunt verba rebus? Non arbitror. Sunt enim notæ solum & simulachra quædam cognitionum nostrarum: per se vim aliam nullam habent, quam quod ex consensu institutoque hominum significant. Atqui verbis quidam non intellectis adeoque barbaris euocant umbras, præstigias oculis obijciunt profus admirabiles, stupefaciunt serpentes, animalia retardant, mures conuocant, aliaque talia agunt. Cur ergo nos

non eadem queant Striges rebus aliquibus propositis efficere? FVRN. Ista talia verè non fiunt, sed ludibria sunt Satanæ. ER. Fateor, sed & Lamiarum præstigiæ, ludibria sunt. Utuntur illi verbis, characteribus, figuris, Quæ com- &c. hærum his, tum rebus alijs sua natura non malis. munia ha- Vtique perperam credunt vires inesse instrumentis il- beant Stri- lis, quæ non insunt. Vtique hoc solum efficiunt, quod ges cū Nā. Satan permisso Diuino efficit. Vtique rebus quibusdā gis.

aut verbis utuntur, quæ usurpare Satan præcepit, vt illis velut signis initi foederis & pacti admoneatur. Utrobi- que Satan verè maleficium operatur, cum Deus permit- tit, sed clām suis famulis persuadet, ipsos fuisse effecto- res. Sic fit, vt illi se putent cogere Dæmones, hæ se exorare pari errore opinentur. Interim semper verum hoc manet, Striges plus nocere, si studium & voluntatē Striges quo modo plus alijs noceat

species, Incantatoribus alijs. Etenim nil aliud agunt & cogitant, quam vt noceant: Magi ferè existimationem, autoritatem, & laudem solummodo ex arte sua quæ- runt. FVRN. Magi hac saltem ratione nocentiores vi- dentur Strigibus, quod miraculis suis facile quoquis à pietate vera abducunt, cum Lamiæ nihil huiusmodi tentare noscantur. ER. Falsum non minus hoc est. Iam enim dixi, utrosque quicquid faciunt Satanæ viribus fa- cere, imo ipsummet Satanam facere. Quomodo ergo probabis cum maiora facere in gratiâ Magi, quam La- miæ, cui semper ferè adeat: cum qua sermones miscent à qua famulis excitatur: quamque modis omnibus in fa- mulatu suo retinere studet? Vtinam verò non hæ & plures & grauius faceret delinquere, longiusque à Deo recedere, quam Incantatores aliij. FVR. Si Lamiæ sci- tes & prudentes facerent, quæ faciunt, non esset nihil, quod dicis. At corruptam habent Phantasiam, & tan- tum non extoto amentes sunt. Quò fit, vt non magis faciunt, quam Dæmoniaci, Melancholici

Lamiæ an  
delirantes  
faciunt, quæ  
faciunt,

aliterue insanentes. Etenim obesse à Dæmoni sunt, ac  
proinde coactæ nescientesque agunt, quicquid agunt.  
Persuasum præterea habeo genus hoc hominum Mo-  
sis tempore incognitum fuisse. Imò ne Christi quidem  
etate notum fuisse videtur. Etenim multos legimus ob-  
fessos à Christo & Apostolis liberatos, maleficio affe-  
ctum nullum ab eis curatum inuenimus. ERA. Quod  
de corrupta imaginatione aduersi, libēter admitto. Qui  
enim à Deo ad Diabolum deficerent, si depravatam no-  
haberēt Phantasiam? Evidem nullus est sciens ac pru-  
dens malus, sed errant in ratiocinando omnes, qui atro-  
cia scelera patrant. Verùm sic mente iudicioque obla-  
fas esse, vt à poena instar Dæmoniacorum, ex Melacho-  
lia delirantium, aut aliter desipientium immunes esse  
debeant, tibi pernego. Etenim agunt alia omnia san-  
ac sciunt hic etiam quid agant, quod videlicet impiè a-  
gant, antequam agant, inter agēdum, & postquam ege-  
runt. Sciunt se deserere Deum non debere. Sciunt Dia-  
bolum esse ad quem deficiunt. Sciunt se poenam inere-  
oportere, si homines resciscant, quod aiunt. Sciunt se  
in detrimentum proximi nihil tentare, nec ad eam rem  
Diabolum incitare debere. Sciunt capitale ipsis forse, si  
deprehendantur. Idcirco summo studio scelera suare-  
gunt, tantaque constantia facta negant, vt ne qua*dis*-  
nibus quidem subditę confiteantur, quantisper tomē  
ta ferre possunt. Accidit ad hęc, quod non obuios quo-  
libet lādere satagunt, sed illos solos, à quibus iniuriam  
se passos arbitrātur, aut quos negasse aliquid sibi recor-  
dantur. Sunt igitur non minus sanæ alijs Incantatori-  
bus & flagitiosis, qui à Diabolo se induci ac persuaderi  
patiuntur, vt, quod vetuit Deus, agant. Omnes enim  
Phantasiam haec tenus corruptam habent, vt iudicio  
mentis non obtemperent. An propterea excusabiles  
existimabis? Haud puto. Ergo ne Lamias quidem hac ra-

tione excusaueris. Si instar amentium & delirantium a-  
 gerent, facta sua non celarent, sed rogarē cum iactan-  
 tia recitarent. Itaque in vno hoc præcipue insaniunt, in  
 quo Magi omnes desipiunt, quod se putant facere, quæ  
 ab ipsis exoratus Satan latenter fecit. F V R N. Sunt ex  
 Dæmoniacis aliqui omnium scientes, & dilucidissima-  
 habent interualla. Quis autem hos Deo maledicentes  
 arbitretur puniri morte debere? Sic enim obcoecati  
 sunt, vt quid agant, prorsus nesciant. E R A. Nego tibi  
 Lamias sic obsideri à Diabolo semper. Quinimò raro Lamie re-  
rò sunt ue-  
re obfesse.  
 factum hoc fuit. Ac videtur iustissimo Dei iudicio pro-  
 hiberi Satan ne occupet eo modo, vt non effugiant pœ-  
 nam à Deo irrogatam. Obsessi non semper sunt mali, &  
 cum per interualla sib: redduntur ex animo dolent: at-  
 que animo se nunquam consensisse, sed se inuitis Dia-  
 bolum lingua eorum abulum fuisse constanter affir-  
 mant. Longè secus res cum Strigibus habet. F V R. At  
 sunt ab illo obsessæ itaque dementatæ, vt neque deplo-  
 rare miseriam, nec dolere peccata, nec optare salutem  
 possint. E R. Velle te probare, quæ dicis, cum sine ar-  
 gumentis nulli credam. Sialiquando instar Dæmonia-  
 corū agitarentur à Dæmone, suspicio aliqua esset. Nūc  
 cum eodem modo semper habeant, obsessæ dici non  
 possunt. Quódnam potes argumentū expetere firmius  
 & verius, quam quod verè obsessos per interualla vide-  
 mus crudeliter discripsi ac miserabiliter affligi, & mira-  
 bilium scientiam sibi nullam arrogare, nec talium ali-  
 quid tentare: è contra autem Sagos de rebus maximis  
 gloriari, plurima tentare, atque valetudine interim pro-  
 spera integraque vti? Certè sic valent post pactum, quo-  
 modo antea valebant. Quod Mosis seculo ignoratas su-  
 spicaris, suspicio tua sit. Non sequitur nō fuisse, quia no-  
 minatim non expressit scriptura. Satis est in Catalogo An Mosis  
estate fue-  
rint.  
 Maleficorum comprehensas esse, qui is. Deut. habetur.

Quot alia scelerata speciatim in scriptura non sunt posita, quæ prohibita tamen omnes concedunt? Christus & Apostoli nullos hoc nomine sanarunt, quia non possunt ista facere, quæ sibi tribuant, ac se facere stulte credunt. Fuisse autem illo tempore tales vetulas, ex omnibus Poetis, historicis, Legibus duodecim Tabul. manifestissimè perspicimus. Satis, arbitror, ostendimus, Christi atque Lamiæ fuerunt sceleratae excusantes, &c. Striges non tam propter opera quæ faciunt, quæ vt plurimum inaniter tentant, perficiunt autem nunquam, quam ob defectionem & apostasiam, seu feedus cum Diabolo pactum puniri debere. FVRN. At hoc in foro ciuili non est criminale. Quis enim nostrum non defertur ficit saepe à Deo? ERA. Auertit se à Deo, quisquis contra Legem Dei peccat, sed longissimè alia est aueratio conuniuersi modi rum, qui ex imprudentia prolabuntur, aut etiam volentes sceleratè agunt, & illorum, qui sponte, nulliusque periculi metu, nullo errore aut morbo, Deum vnam cum pietate abiiciunt & conculcant, hoc est, ex mera petulantia Apostatae fiunt: bellumque insuper Deo & Religioni indicunt. Peccauit grauissimè Petrus: at ex infirmitate lapsus est. Peccauit grauiter Dauid, non vna tantum ratione, inque sceleribus suis multis mensibus innolutus permanxit: at cultum Dei pietatemque ob id non repudiauit. Quod si tu per ciuile forum intelligis Mosaicum, nego tibi non esse hoc civinale. Si iudicia intelligis, in quibus mille quotidie Sophismata perstrepunt, quibus alijs alios vincere iure iniuria annuntuntur, non id pertinet ad nos: qui non disputamus quid agant homines, sed quæ sit voluntas Domini. FVRNIVS. Ergo ne Mosiacam reduces nobis Rempublicam? ERAST. Nequaquam. Habet enim multa, quæ his temporibus & locis minime congruunt. Interim incunctanter assero, scelerata ad mores pertinentia, quæcumque Moses capitalia fecit

fecit, ultimo supplicio hodie quoque à Magistratu puniri posse. Deinde Magistratus nunc etiam coherere flagitia debere, quæ Deus reprimi præcepit. Matthæi decimoquinto. Non nego interim pœnas temperari posse, siquidem mitiore aliqua scelus aliquod compri-  
 mi queat. FVRN. Pactio inanis est ac nulla. Quippe  
 negotium vniuersum est imaginarium, atque in spiri-  
 tu tantum perfectum, ideoque per testes veritas eius  
 haberi non potest. Deinde non possunt contrahere  
 inter quos nulla est communio. Item aliud & aliter  
 sentientes non contrahunt. Demum ubi dolus, vis, me-  
 tus, error, ignorantia intercurrunt, nullus est consen-  
 sus ERA. Non est opus hic multis. Non enim valent  
 hominum commenta, cum de sensu Dei sermo est, sed  
 scripturas adducere oportet. Deus enim secundum ver-  
 bum suum iudicat, non secundum hominum placita,  
 & speciosas ratiunculas. Nego imaginariam esse pa-  
 titionem. Impossibile est, ut homo sensibus expeditis v-  
 tachis vera credat imaginata, si sensus non conspirent. Imaginare aliquem tibi dare mille aureos. Nunquam  
 credes, dum neque oculis videbis, nec manibus palpa-  
 bis, dumque sensus alij falsum esse nunciabunt. Ideo-  
 imaginata credimus inter dormiendum, quando sensus  
 sunt ligati: aut vigilantes, quotiens morbo sunt impedi-  
 ti. Stipulantur Sagæ vigilantes, videntes, audientes Dæ-  
 monem. Non ergo est imaginarium opus solum, quo-  
 modo dormientes videntur interesse conuiuijs, chore-  
 is, maleficio afficere aliquos, videre, quos non vident.  
 Hæc, inquam, imaginaria sunt, non illa quæ vigilantes  
 & sanæ faciunt. Nam interdiu conueniunt aliquando,  
 & cum amicis suis saltant, ludunt, comedunt, sed quos  
 ipsæ secum attulerunt cibos. Et hæc aliquando verè sic  
 facta fuisse constat, sensibus eorum integris, & oculis  
 umbras certam speciem mentientes videntibus.

Pactio La-  
 miarum nō  
 est purè i-  
 maginaria.

Testes itaque veritatis haberi s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> possunt. Sed quid o-  
 pus est testibus reo crimen confitente, quod multis an-  
 t<sup>e</sup>t<sup>e</sup> factis verum esse probavit? De naturarū disparitate  
 & communione frustra dixero. Nemo ignorat pactum  
 inter Deū. & homines valere, tametsi nulla sit cōmuniō  
 inter eos, qualem postulant lures consulti. In pactis quo-  
 que non semper idem sentiunt contrahentes. Pacis cun-  
 tur enim his verbis, si hoc tu feceris, ego illud praestabo.  
 Quod hic etiam fit. Si abiurabis Deum, dabo ingentem  
 vim auri, docebo mirabilia, &c. FVR. At fallit ac men-  
 titur Diabolus. ERA. Ideo iubet nos Apostolus arma  
 spiritualia induere, vt eius potestati ac fraudibus resista-  
 mus. Eadem de causa præcepit nobis Dominus omni-  
 bus non horis tantum, verum etiam momentis orare,  
 ne sinat nos induci in temptationem. Quare non valet ex-  
 cusatio doli. Quinimò si miraculis etiam conetur ali-  
 quis nos à vero abducere, fidem ei habere non debe-  
 mus. Deuteronomio 13. Rogo te, an tu vxorem aut filias  
 tuas, alias pudicas & honestas, excusaturus es, si quis  
 eas dolo, fraude, arte, ad adulterij & impudicitiae con-  
 sensum patrationemque permouisset? Vix credo te a-  
 deo futurum benignum & clementem. Cur ergo Ma-  
 gistratum vis illis ignoscere, quas Diabolus seduxit, cum  
 præsertim non nesciant nihil se ab eo boni sanique ex-  
 pectare debere? Dicam amplius: Deus ne gentilibus qui-  
 dem pepercit, quo minus propter eiusmodi scelerum  
 eos exterminaret, quamuis non inteligerent se ita pec-  
 care, quomodo Striges hodie se peccate intelligunt. An  
 ergo mitius eum putas cum his agi vele, quam cum il-  
 lis? Impium est, inquit Rex Athalaricus Gothus, circa  
 Rex Goths  
 rum. illos esse remissum, quos cœlestis pietas non finit im-  
 Deus nō ne punitos. An tu putas Deum ignorauisse Diaboli frau-  
 sciuit frau- des & conatus? Si sciuit ac nihilominus iussit transgres-  
 des Satane foras puniri, frustra nos dolum excusamus. Vis, metus,  
 error,

error, maiora hic non sunt, quam in omnibus sceleratis: quos nullus ob id sapiens velit impunitos esse. An qui à falso Prophetā, miraculo etiam edito, seductus fuit, excusatur à Deo. Deuter. 13. Cur igitur autoritate lūreconsultorum tu conaris excusare? Ignorantia prætendit nequit, cum scientes faciant. Deus etiam brutum vult occidi, cum quo coierit homo: quo pacto ergo ignorantiam hic excusare poenam cogitaueris? FVRN. Tamen parcendum videtur sexui. ERA. Ne hoc qui- dem iussit Deus. Imò Exodi vigesimo secundo, mulieres præcipue nominauit, vt nobis indicaret, se ne sexus qui dem hac in revelle rationem haberet. Etsi enim non nego fœminas ideo nominatas in Legē potius fuisse, quā viros, quia crebrius in hac parte errant, quam viri, non tamen non verum & illud est. Ex eodem aliud quoque confirmatur, quod supra exposuimus, Mosen non illos tantum vocare Maleficos, qui artem multo labore lon- gaque peregrinatione didicerint. Dum enim mulieres præcipue nominat, simul ostendit se de alijs quoque lo- qui. Præter hoc argumentum illud quoque Sagarum scelus capitale docet esse, quod Idololatræ sunt, & qui- dem pessimę. Non enim Idolis & simulachris solum, sed ipsi inter Dæmonibus cultum exhibent, quem postulant, catenaque faciunt, quorum supra commemini- mus. Idololatræ Iudæi, quos Deus Exodi 22. Deut. 13. & 17. mandat interfici, quoque occisos in lib. Macchab. 3. capite ultimo legimus, non sic colebant Idola, vt integrum negarent à Deo vero nihil se boni accipere, sed arbi- trabantur ab utrisque se iuuari. Sagæ autem hostes se Dei futuras stipulantur. Imperat Deus, vt nec parentibus, nec vxoribus, nec liberis hac in parte quisquam parcat. Non volet itaque Magistratum Strigibus parcere. FVR. Quis Idololatra unquam sciens cognoscensque verum Deum, ad non verum, à bono ad pernitosum, à

*Brutum os  
cidi iubet  
Deus, cura  
quo homo  
coierit.  
An parcen-  
dum sexui.*

*Sage pessi-  
me idolo-  
latro.*

beneuolo ad atrocem configere voluit? ERA. Nullus salutis suæ amans. At fecisse hoc Iudæos multos testatur scriptura. Et ut nulli fecissent, tanto nihilominus scelerosiores forent iudicandæ Striges tam immanes scelus audentes. Possent etiam ut homicidæ necari. Et si enim res innoxias exhibent, ideo tamen exhibent deprehendi & conuinci criminis possint. Interim persuasæ sunt res illas à Satana medicatas vires adeptas fuisse, quibus efficaces redditæ sint ad perficiendum id seducunt cuius gratia exhibent. Præterea sæpè alios quoque in errorem inducere satagunt, ac filias suas impuberes frequent Diabolo despondent ac tradunt. Tales autem Deus peculiari mandato trucidari imperat. Ad hæc spurcam libidinē cum impurissimis spiritibus exercentes capitis poenam promerentur. Iubet enim Lex Diuina cum bruto se miscentem vñâ cum bestia concremari. An non cremandæ magis fuerint cum Satana coeuntes? Taceo quod eas frequenter in specie canis aut hirci fertur inire, siue horum speciem solum consumserit, siue bruta hæc inuaserit ac obfederit. Ego cum neque delirio, neque læsæ phantasiæ morbo, neque insania correptæ, neque obsessæ à Dæmonibus percident, sed sciëtes volètesq; abnegent & abiurent cultum fidemque Dei, seseq; Diabolo hosti generis humani decidant, & ad damna hominibus danda, atque ad terra obsequia obstringant, monstra hostesq; Dei pariter ac naturæ tolerare mihi videntur, qui illas ferunt. FVR. As non omnes omnia hæc scelera admittunt, multe etiam fraude aliarum inducuntur, plurimæ falso accusantur ab alijs: quæ Dæmon facit, ut carnificinam instituat, quæ prudentia impensè gaudet. E.R. Non dubito plurimis iniuriæ operis est in ri, quare prudentissimè agendum est. Accusantibus sagis puni credendum, cum in somno pleraq; viderint, quæ vixi endis. ra narrant. Neq; credendum est vlo pacto eas perficillo quæ

quæ se potuisse iactant: nec ob id præcipue plectendę Vi  
dēdum quomodo persuaſæ huc peruererint, quam diu  
quoque animo permanſerint, quid egerint. Quæ nihil  
admodum perpetrarunt foedi, ac relipſcentiaſ spem é-  
gregiam præbent, prudentius leniusq; tractandæ. Faci-  
endum deniq; vt regnum Satanę deſtruatur, volūtasq;  
Dei perficiatur. FVR. Si hoc temperamento vterentur

Magistratus, minus de hac re fuſſet disputatum: nec e-  
go tibi hac in re molestiam peperifsem. ER. Dixi libe-  
rius & copiosius quid ſentirem, vt ſimul indicarem at-  
que probarem, Paracelſum (itemque diſcipulos eius o-  
mnes, quoquod Magica ipſius probant & imitantur) a-

*Magia pœ-  
na capitali  
auocādi ab  
incepto.*

liosque Magos dignos eſſe qui vel mortis poena ab im-  
pietate iſta reuocentur & abſterreantur. FVR. De Ma-  
gia operatricē ſatis multa contulimus, tempus iam eſt,  
vt de Diuinatricē his aliquid adiſciam<sup>9</sup>. Poterimus nos  
hinc paucis expedire, propterea quod funda‐  
menta diſputationis futuræ iam ante iacta anima dñuerti. ER. Sic  
habet res. Ego quoq; hanc partem Magiæ, vt quæ ad Me  
dicinam nō multū faciat, breuiffime attingere de prin-  
cipio apud me statueram. Necromantiam, Sciomantiā,  
Auguriū, Auspiciū, aliasq; ſimiles infanias hodie nul-  
lus ſanḡ mentis homo probat, qui vel mediocrirer sit in  
pietate institutus. Omnes enim ſic vidēt vetari in ſacris  
literis, vt negādi præcifa ſit omnib. omnis occaſio. Solus  
Paracelſus (cum nōnullis ſuis diſcipulis) laudare audet,  
vt palam mōſtret, ſe nequitia & impietate nulli cedere,  
ſed omnib. ſuperiorē eſſe. Sunt porrò impiarū diuinatio-  
nūtor species, quot res placuit Satanę ad hanc rē accō-  
modare. Alij ex aqua, alij ex igne, alijs ex alijs elemētis va-  
ticinati ſunt. Alij ex ſpeculis, cribris, unguib. peluib. cry-  
ſtallis diuinarūt. Alij ex cinere, nucib. fabis, alijsq; inſini-  
tiſ talibus ariolati voluerūt. Alij ex auī volatu, garritu,  
geſtu; ex extorū inſpectiōe; ex nōminib. ſternutationib.

*Magia Di-  
uinatrix.*

alijsque omnibus augurati sunt. Alij ex astris praesentire futura studuerunt. Et quis enumeret omnes huius vnitatis species? Vix enim res vlla est, quam non ab vni naturali & legitimo detorserit Satan ad hanc impietatem, ad quam in primis pronos esse homines norat. Et enim preclarè meminit se primis nostris parentibus hoc vulnus impressisse, ut Dij esse velle. Hinc est, quod magno etiamnum desiderio flagrant animi nostri cognosci futura: quod Diuinitatis maximè proprium esse veterator ille nequissimus egregie intelligit. FVR. Non possunt species illæ ad certa reduci genera. ERA. Feci

*Cur desiderant homines futuro-  
rum presci-  
entiam.*

*Thomas  
Aquinat.*

*Diuinatio  
unde dicta.*

*Diuinatio  
quid.*

hoc imitatione Thomæ Aquinatis in defensione Sau-  
narolæ: & mox repetam, ubi prius quid diuinatio sit, &  
circa quæ versetur, exposuero. Diuinationem omnes  
Latini à Diuino deducunt, quod cuncti semper censue-  
rint diuinum quippiam continere Diuinationem. Hinc  
Græci teste Platone, μανικὴν, quasi μανικὴν per interpoli-  
tam literam, T, appellarunt, ut à Diuino furore profici-  
sci Diuinationem ista nominatione indicarent. Omnes  
certè gentes Diuinationem admirabilitatis & diuinita-  
tis aliquid habere magno consensu crediderint. Etsi au-  
tem Latini, qui esse Diuinationem concederunt, varie  
eam definierunt, idem tamen omnes senserunt, quod  
nimirum præsensio sit rerum fortuitarum. Non enim  
aliud voluit Chrysippus cum apud Ciceronem ait esse  
vim cognoscentem & videntem & explicantem signa,  
quæ à Dijs hominibus portenduntur. Nec aliud autor  
Definitionum, quæ Platonis tribuuntur, siue Plato is fac-  
rit, siue alias docuit: cum επιστήμην προδηλωτικὴν πράξεως  
ἀνθρώποις definiunt. Quid enim aliud est res ab alijs  
ratione scire, quam res cognoscere, quæ per rationem  
cognosci non possunt? At sola fortuitæ ratione præce-  
ptisque comprehendendi nequeunt. Hoc patet ex prædi-  
ctis verbis, non diuinare illos, qui causam futuri euētus  
veram

veram certamque intelligunt, sed qui candem ignorat.  
 Manet igitur hoc ab omnibus concessum, Diuinatio-  
 nem prædictionem esse rerum fortuitarum. Evidem  
 res omnes vel eueniunt necessario vel contingenter. In  
 illis Diuinationi locus nullus est. Quis enim admirabi-  
 litatem habere prænunciationem arbitretur, qua post  
 æstatem affirmatur hyems redditura? Occupata igitur  
 Diuinatio est circa res contingentes. In his porro duo  
 quædam insunt plurimum differentia, natura commu-  
 nis, & proprietates indiuidua. Circa vtrumque non ver-  
 satur Diuinatio. Quid enim Diuini habet prædictio, qua  
 quis prænunciet lepores parituros lepusculos, non e-  
 quos aut oues? Aut quis admiratione dignum putabit  
 vatem, qui ex equis non lepores aut oues, sed equos ge-  
 neratum iri præmoneat? Par ratio est aliorum omniū.  
 Natura namque communis, ut humanitas, propriè non  
 generatur, sed per generationem indiuiduorum propa-  
 gatur & conseruatur. Futurum itaq; est, non quod com-  
 mune est, sed quod particulare est, Adde quod nullus  
 consulit Vatem, an parturiens mulier hominem sit pa-  
 ritura, sed vtrum marem an foeminam, robustum & sa-  
 num an debile & morbosum, &c generatura sit, quæri-  
 solet. Quare necesse est, ut Diuinationem versari fatea-  
 tur circa prævisionem contingentium, non quoad na-  
 tura communis seu specie participant, sed quoad pro-  
 prijs & indiuiduis prædicta sunt qualitatibus, quibus ab  
 omnibus alijs eiusdem speciei rebus distinguuntur. Ho-  
 rum prænotio rursus duplex est. Etenim vel inceperunt  
 iam esse, atque causis suis veris & proximis iam produci-  
 coptas sunt: vel longo post tempore futura sunt, atque  
 de proxima causa exploratè nihil dum constat. Qui, que  
 iam sunt, & aliquo modo esse cœperunt, futura esse di-  
 cit, propriè non diuinat, nec futurum aliquid prænun-  
 ciat, sed quæ iam sunt quidem, attamen propter parui-

Diuinatio  
uersatur  
circa cotin-  
gentia.

Quæres p  
riestin &  
dicantur fu  
tura.

Que sunt  
ia, non sunt  
futura pro  
priè.

tatem nondum sunt conspicua, ideoque rudes & impetratos adhuc latent, iam inchoata esse indicat. Sic prædicunt Medici, Nautæ, Agricola, Vsuperiti, & exercitati in Republ. viri, alijque similes. Quod si tales aliquando legis diuinare solitos esse, vel Diuinatores audis nominari, impropriè sic eos vocari putato. Constat enim hanc in hominibus prudentiam, industriam & sedulitatem à Deo non damnari, cum Diuinatores & Diuinationem propriè dictam scriptura prorsus absoluteque condemnet.

**Epositio** Manifestissimè nunc perspicis, Diuinationem esse Definitiōis præsensionem & prædictionem rerum contingentium prædictæ, particularium, absque causarum proximarum noticia, priusquam fieri atque esse inceperint. Reète igitur, consése, & breuiter, attamen clare & perspicue definita sicut prænunciatione fortitorum. Quod enim equus ex equo, lepus ex lepore nascitur, fortuitum non est. Quod autem talis equus scilicet generosus, ignamus, magnus, parvus, fortis, timidus, robustus, imbecillis, &c. generatur, hoc est fortuitum. Potuit enim non talis generari.

**Omne par** Eadem est ratio rerum aliarum omnium. In defensione ticularē, Sauonarolæ sic demonstrauit, futura particularia omnina, quoad sunt particularia & futura, fortuita esse causa, quæ sic cadere (si ad nostram cognitionem referantur,) ut meritò cōfidam, nullum Astrologorum fanum fortuitū est.

**Vnde futu-** & intelligentem conaturum conuellere. **Quid sit Diuin-** rorum pra- natio, & circa quæ versetur, dictum est: nunc vnde sit scientia ori- scrutemur. Dico igitur breuiter, futura, de quibus fortuitū est, interque nos conferimus, naturaliter & insita nobis virtute præcognosci non posse. De-

**beat.** monstrauit hoc in paulò ante citato libro tam solidē sensu, nec i- tam clarè, tam copiose, ut desiderare nihil admodum imaginatio possit veritatis cupidus lector. Attingam in præsentia ne, nec intellectu pre quædam paucissimis verbis. Futura contingentia, de noscantur. quibus sermo nobis institutus est, nec sensu, nec imaginacione

natione, nec intellectu præsentiri à nobis possunt. Ergo nullo modo. Tria enim hæc habemus cognoscendi instrumenta. Iam quod sensu nō percipiamus, notum est. Percipit enim sensus exterior sola præsentia. Futura autem non existunt adhuc, & proinde sensus mouere nequeunt. Vnumquodq; enim sic agit, quomodo existit. Quod nec imaginatione percipiamus, æquè notū est. Etenim supra docuimus in hac nihil recipi, quod non prius in sensu fuerit. At futura in sensus incurrere non potuerunt. Si variè componere vim imaginandi cogites, à sensibus receptas species non negabo, sed hanc cōpositionem inficiabor à re futura, quæ nondum est, ex citari potuisse. Iam quòd imaginatæ species, non sint causæ vt res extra nos tales fiant, retrò demonstratum est, ac per se patet. Sic enim fierent, quæ Deus & natura nunquam fecerunt, Hircocruus, Chymera, castella in aere fundata, Luciani narrationes, &c. Nam talia nobis aliquando imaginamur. Ergo si præuidemus futura, mente ac ratiocinatione præintelligimus. At mens nostra futurum nihil cernit, cuius causam non habet præsentem, & quidem sic, vt norit futuri effectus illius causam esse. Possum etenim ignem videre præsentem, & ignorare tamen, vtrum rem aliquam certam sit calefacturus, priusquam admouendum cognoui. Quippe formum est, vt hoc tempore & loco plumbum liquefaciat, antequam ei adhibitum est. At positum nobis est, causas futurorum effectuum non cognosci à Diuinato, vt sunt causæ determinati effectus. Sed nec difficile est monstratu. Etenim effectus futuri & fortuiti causam oportet esse fortuitam, hoc est, oportet eam indeterminatam seu indefinitam esse, vt videlicet agere possit & non agere, aut saltem non hoc modo agere. Cum primum est limitata ad agendum uno modo potius, quam alio, actu agit hoc, ad quod agendum definita de

*Mens non  
præuidet  
futura.*

stinataque est : & cum certo modo agit, sic disposita quoq; est. At cum sic est affecta, non amplius fortuito agit, quod agit, sed aliter agere nequit, quantis per nouam non acquirit dispositionem. Adde quod pro dispositio ne, quam habet, statim ageret necessariò actionemq; dif ferre in tempus aliud non poterit, si praesertim causa sit naturalis ac naturaliter agat. Quo posito, sequitur necessariò nihil futurum praesentiri posse, quā quod iam esse fierique incepit. At horum praedictio non est Diuinatio, ut declarauit. Liquet igitur ex dictis futura quæ multo antè praedicuntur, quam fiant, naturaliter non præcognosci. Ergo necessarium est, ut eorum noticiae liunde seu extrinsecus veniat. Venire autem non potest nisi à Deo vel Angelis bonis aut malis. Si à Deo vel Angelis, ut Dei ministris. (Nam & hi quoque futura igno-

*Prophetia* rant, nisi à Deo reuelentur) proficiuntur, Prophetia *quid*, catur apud Christianos. Hæc ab Ethnicis vocata est Diuinatio, quia Dæmones putabant esse Deos. Nobis videnta est ambiguitas, atq; cum scriptura potius loquendum, quæ plerunque Prophetiam nominat. Vera est propriè di hæc semper & sola: quia solus Deus nouit futura. Si à manu falsa est lis Angelis oriatur, Diuinatio propriè nominatur, & fal omnis. La mentitaque est semper. Si enim aliquando eueniat *Diuin⁹*, Diuinatio, Diuinator in scripturis semper in malam partem sumatur. Aliquid, vel non erat verè futurum, sed iam inchoatum fuerat, vel ipsi facere statuerant, vel renelante Deo cognoverunt. Deut. 13, vel casu accidit. Et hinc est, quod nōmē Diuini seu Diuinatoris in tota scriptura sancta. Nisi locum Esaiæ 3, velis excipere) in malam partem sumitur: quod Hieronymus obseruauit. Est enim Scriptura Diuinare, futura ex rebus ad hoc à Deo non destinatis, seu modo non debito prænunciare conari. Cæterum

*Prophetia* quæ Diuino afflatu prædicuntur, arte nulla præcognoscuntur, sed à Deo inspirantur. Quocirca non diuiditur ciosa sibi. Prophetia in artificiosem & artis expertem, sicut Diuinatio.

P A R S P R I M A .

221

natio. Voluit enim Satan imitari Deum, ideoque afflatus suo aliquibus suggestis responsa falsa vel ambigua. FVRN. Qui fit, quod artes introduxit Diuinatorias, si Denm sciebat prohibuisse? E R. Causas procul dubio curdiuinatā sui consilij habuit plurimas: inter quas & hæc sit, quod di artes ex facilius se nomen Diuinum, quod modis omnibus affe cogitarit etanit, sic retenturum vedit. Cum enim suæ sibi igno. Satan. tantæ conscius esset, atque se pro Deo non cultum iri intelligeret, si futurorum inscius deprehensus fuisset, tam multas & tam varias artes excogitauit, vt si falleret in præfagiendo, excusationem verisimilem paratam haberet: ab artifice vel interprete propositorum signoru erratum esse. Praclarè namque vedit sagacissimus spiritus, sic esse mortalium mentibus insitam hanc de Deo opinionem, Deo scilicet futura esse nota, vt frustra tentatus videretur, eam ex animis omnium eximere. Eiusmodi nihilominus ex multorum mentibus, dum Episcopis, & Atheis alijs, persuasit, vel Deos nullos esse, vel nostraria non gubernare, vel non intelligere. Quibus hoc non potuit inprimere, contraria ratione dementavit, se pro Deo extulit, Diuinandi modos innumera- biles propemodum obtulit. Ergo Diuinatio propriè diuinatio etia omnis est Diaboli opus, vel manifesto afflatus ac sine omniis est arte responsa suggestentis, vel arte aliqua vtentis. Elegā Diaboli o- ter & breuiter hoc expressit Cyprianus de Idolorum va- pus. Cyprianus Martyr de Diuinatio- nibus quid senserit.

iuria. Nec aliud his studium est, quam à Deo homines  
auocare, & ad superstitionem sui, ab intellectu veræ Re-  
ligionis, auertere: & cum sint ipsi poenales, querere sibi  
ad poenam comites, quos ad crimen suum fecerunt er-  
**Diuinatri-** rore participes. Hæc Cyprianus. Cæterū duplex est at-  
cum artū tium Diuinatricium ratio. Quædam enim expressam  
**partitio.** continent pactionem Dæmonum, eorumque inuoca-  
tionem, adiurationem & tanquam coactionem, vt sunt  
Necromantia, Sciomantia, & omnes aliae, quæ in aquas,  
specula, Crystallos, annulos, aliasque res Dæmonem  
aduocant, aut iam antè præsentē interrogant. Alię pa-  
tum continent obscurius: quarum duæ sunt classes. In  
vna complectimur artes considerantes motus & dispo-  
sitiones rerum naturalium, vt ex eis futura coniunctant.  
In hoc ordine sunt Astrologia, Augurium, Auspiciū,  
Aruspiciū, Chiromantia, & aliae plurimæ. In altera po-  
nimus illas artes, quæ sibi ipsis signa, ex quibus ariolen-  
tur, fabricant, non à natura accipiunt. Huius farinę et  
Geomantia ex punctis augurās, figurarum in cinere, &  
lijsque locis descriptiones, rotulæ fabricatio, plumbi li-  
quefacti in frigidam coniectione, & alię plurimę. Reperi-  
etiam, quæ utroque genere participant, dum partim si-  
bi parant, partim ab ipsis rebus accipiunt signa futuro-  
rum indices. Ad quinque hęc genera omnis Diuinandi  
**Omnis** Di modus reduci poterit. Et cum pacto vel aperto vel tacito  
**Diuinatio** pāto nitantur omnes, non est opus, vt sigillatim eas confi-  
**do** nititur tem, dū omnes execrables & capitales esse Dens nitiuit.  
**vel aperto** FVR. Quid si neget aliquis pacto impio omnes nitiuit.  
**vel tacito** Demonstratū id egregiè repieres in nostra defensione  
**cum Dēmo** cōtra Stathmionē: nec expedit illa huc transferre. Irazi-  
**nib. initio.** paucis hic me expediā. Diuinatio apud oēs Gentes ex-  
**Diuinatio** ab omnib. stimata semp fuit res magnifica, diuina, & admirabilis.  
**Gētib. Dijs** Evidē oēs eruditī Philosophi, quicunq; Diuinationē  
**attributa** cōcesserūt, Dijs eām suis attribuerūt. Cōstat hoc ex Pla-  
tonē  
fuit.

tone Platonisq; cunctis Plato certè palam docuit, om  
 nem Diuinationē à Deo ad nos per Dæmones medios  
 deportari. Platonici autem et si cum magistro suo artes  
 Diuinandi nō negarūt, nullū tamē his munus aliud assi-  
 gnarunt, quā quod p̄cepta cōtinere dixerūt à Deo, p  
 posita futurorū signa rite ac dextrè interpretandi. Futu-  
 rataq; p̄euideri non potuisse censuerunt, nisi quibus-  
 dam ea signis Dñi vatib. p̄emōstrassent. Qippe alites ve-  
 lut internuncios & Interpretes Deorū ab eisdē huc & il-  
 luc impelli crediderunt: Diuino imperio in hac vel illa  
 parte se occultare: à dextris vel sinistris occinere: pullos  
 cauea inclusos offam inuadere, aut non attingere egres-  
 sos, terram, paniendo tripudium nunciare solistimum.  
 Quod de his exempli gratia dico, de alijs omnib. debet  
 intelligi. Quę cū sint apud Platone eiusq; sectatores no-  
 tissima, vno ex plurimis lamblichi testimonio ex lib. de  
 Myst. Aegypt. desumpto cōcludā. Vaticiniū, inqt, nec ab

Iamblichus

arte, nec à natura, nec à naturalib. seu animalib. rationi-  
 bus motibūsue efficitur: neq; sit vlo modo: sed vtrinq; “  
 sempiternū est missum ad nos vsq; Diuinitus: totaque “  
 potestas p̄esaga refertur ad Deos: & omnis huius auto “  
 ritas consistit in eis, atq; inde traditur, diuinisq; operib. “  
 signisq; perficitur. Item, vaticinia deducere à Dijs opor “  
 tet continentib. in se totius sciētię rerum terminos, nō “  
 arctib. nullam in se habentib. p̄escientiā. De Peripateti- “  
 cis frustra dixero aliquid, quos constat aliam philoso- “  
 phandi viam ingressos. Summa est, nulla Gens tam im- “  
 manis & barbara, nulla rursus tam humana & exculta “  
 fuit, que modo aliquid haberet iudicij & sensum aliquē  
 de Deo retineret, q̄ non crediderit à Dijs proficiisci rerū  
 futurū p̄eindicationē. Omnes, inquā, Diuinitus p̄e-  
 significati vatis arbitratæ sunt, eos quę maius aliquid  
 habere cæteris mortalib. Consentit hoc cum Sacrosan-  
 ctis literis, q̄ vni & soli Deo facultatē cognoscēdi futura

sacra litera  
 re soli Deo  
 futura do-  
 cent nota  
 esse. constanter tribuunt. Evidem Deus per Esaiam à capi-  
 te 41. vsque ad 49. inter alia argumenta, quibus se solū  
 Deum esse comprobat, hoc seriò vehementerq; vrget,  
 quod solus futurorum præscientiam habeat, solusque  
 piosè declaraui ex sanctis scripturis, hic libēter omitto.  
 Hoc loco sufficit indicasse, nulos quantumuis doctos  
 aut indoctos existimasse Diuinationem non esse maiori-  
 ris virtutis, quam est Mens hominis. Aptam quidem cō-  
 fessi sunt omnes, quæ vel inspiratione Diuina, vel Intelli-  
 gentiarum impulsu, vel Dæmonum afflatu præuideret  
 at ex sua Natura tantum eam posse nulli vñquam non  
 amentes crediderunt. Quapropter non putarunt illos  
 diuinare, qui necessariò euentura prædiccrent, si modo  
 talia esse cognouissent. Quis enim admiretur prænum-  
 ciantem post hyemem successuram rursus aestatem? De-  
 hoc nullus Idiota consulat Auguratorem. Hoc interro-  
 gabit, vtrum æstas ventura solitò fœcundior sit futura  
 sterilior, calidior, frigidior, salubrior, morbosior, &c.  
 FVR. Paracelsus haud aliter sensit in lib. de Lunat. Ne  
 mo mortaliū, inquit, perfectè proprietates astrorum  
 cognoscere valet, aut ægrè. Aestatem quidem post hyc-  
 mem fore scimus: at qualis ea futura sit nescimus. ER.  
 Rectè hoc: sed causam adiecit ineptam & impianam, qua  
 scilicet anus vna hora ex fœcunda sterilem reddere pos-  
 fit. Quis præterea diuini aliquid eum habere putet, qui  
 hoc anno canes generaturos catulos, non feles aut le-  
 pores: item pyros producturas pyra, non vuas: vites con-  
 artificiosa non est ad-  
 mirabilis. tra vuas parituras non ponat? FVR. Memini quandam  
 edito prognostico Astrologorum vaticinia annua sic  
 risisse. ER. Iam ne illa quidem denunciatio præcipuum  
 admirabilitatem habet, qua, quæ actus sui initium na-  
 tra, & iam esse cognita sunt, rudibus ad futura indican-  
 Lamblichus tur. Quod & Lamblichus ad finē prædicti libri affirmat.  
 Si qua

Si qua nobis inest, inquit, naturalis præfigitio, ut anima libus quibusdam præsensio terræmotum, tempestatum, frigoris, nihil habet hac præsensio admirandum. Quoniam propter sensuum acumē, vel quia aliquid in de patiuntur contingit. Sed nec illa præcognitio admodum videtur honorāda, qua quis per ratiocinationem ex obseruatione signorum certos effectus præcedentium, ut ex contractione pulsuum atque rigore febrem consecuturam præmonet. Solum Diuinū vaticiniū nos reddit admirabiles & diuinos. F VR. An non Medici ar-  
 gutè prænoscentes, admirabiles habitu sunt? Sanè Gale-  
 nus aliquoties affirmat, se propter prædictiones Medi-  
 cas pro Vate habitum fuisse: magnaque iniuria ob id se  
 affectum putauit, quod ex arte magis Diuinatrice, quā ex Medicinæ præceptis & Regulis, præcepisse morborū euentus iudicaretur. ER. Sunt laude dignissimi, qui in arte sua cæteris antellunt. Quod diuinare visus est, inde accidit, quod illius temporis Medici præuideri arte posse nesciebant, quæ prænunciabat ægrotis. Ipse autem constanter negat se instar vatis aut Diuinatoris prædi-  
 xisse aliquid: imò affirmatè asserit, se vates Romanenses nunquam audiuisse vera de ægris prædicentes, cum in præfigiendo ipse nunquam errarit. Quod se Diuinato-  
 rem negat, ideo facit, quia omnibus ætatibus hoc fuit apud Doctos confessum. Diuinationem circa illa solum versari, quæ nec natura, nec arte, nec vsu & conjectura intelligi possunt: quæ & propriè futura appellantur.  
 Nam illa iam sunt, aut saltem generationis suæ initium aliquod obtinent, ac proinde à causa definita & determinata actu iam producuntur. Quare vel in suis causis vel in se ipsis noscuntur, non ut futura, sed ut præsentia sunt. Si quia italia edicit ac nouit, rectè ac propriè dicere tur futura prædicere ac præscire, non diceret scriptura Dei solius esse. Nec affirmarent ex sacris literis omnes

*Galenus nō  
fuit Vates.*

*Cir Gale-  
nū se neget  
Diuinare  
solutum.*

Theologi solum immortalem Deum futura cognoscere. Etenim homines talium plurima praevident, atque his longè plura Dæmones cognoscunt. At sancta scriptura Theologis omnibus consentientibus & testificantibus pateret docet, inculcat, repetit, urget, Dæmones inscios futurorum. Ex quibus meridiana luce clarius patet, Divinationem non versari circa ea, quæ iam fieri cognita sunt, sed circa ea, quæ verè futura sunt, & nec dum cœperunt. Vnde scitè à nonnullis Theologis definitur

*Diuinatio-* nis defini- visione eorum, quæ procul sint à communī mortalium cognitione. Sic igitur hanc rem concludamus: Diuina-  
*logorū*. tio est præsensio futurorum. At futura sunt particula-  
ria. Quod enim & generatur & occidit est particula-  
Porro particula- re omne, quoad est particula- re, (nō quo-  
ad natura participat speciei) fortuitū est: vt partim nu-  
per declarauit, partim in citato iam loco fuisse demōstra-  
ui. Constat autem ex omnium hominum sententiā arte

*Fortuita ar-* ac ratione præuideri nō posse, quæ arte, scien-  
tia, ratione, comprehendēdi nulla possunt, sed cœco easu fortuitoq; sic  
scientia nul- cadunt. At quæcumq; fiūt, cum prius non essent, illa om-  
nia quatenus fiūt, (Non enim fiūt quatenus natura co-  
dentur. mune participat: aut saltē nullus præcognoscere, quod ad  
sic fiunt, cupit) arte, scientia, & ratione comprehendē-  
la possunt, ideoq; fortuitò fiunt. Quare arte ac ratione intel-  
ligi possunt, ingenij humani vires superant. Futura igit-  
ur, quoad futura sunt, ab hominis ingenio præsentiri  
nequeunt. Quod si naturæ præsciri viribus à nemine  
possunt, aliud accipere eorum noticiā necesse est eos,  
qui horum prænotionem fibi arrogant. Non accipiunt  
autem à Deo & sanctis eius Angelis. Etenim nō reuelat  
futura Deus per artes. Quocirca suggeruntur à Dæmo-  
nibus. Suggerunt autem artes illas dicentibus & exercen-  
tibus propter pactum, quod inierunt cū aliquibus, cum

de principio tales illis traderent. Etsi igitur, qui eas nunc addiscunt, fortè pactionis ignari sint, certum tamen est paetum tacitum intercedere: præsertim si eos contingat scopum aliquando contingere. Cum enim quæ artes illa iubent facere, per se vim & potestatem non habeant manifestandi occulta, necessarium prorsus est, ut Dæmon aliquis manifestarit: & quidem propter interuenientem pactionem. FVRN. Si futura ne-  
sciunt Dæmones, quomodo alijs patefaciunt? ER. Deus aliquando iusto suo iudicio, vel reuelat ei aliquid, vel quod cupit perficere sinit, ut sic puniat superstitiones, qui Diabolo & mendacio adhærere malunt, quam Deo & veritati. Præterea nouit multa, quæ nesciunt homines: & videt plurima priusquam videant alij, propter ingenij sagacitatem, & iudicij admirabile acumen. Augent hæc & exacuant cogitationes eius, infinita tot seculorum experientia, substantiæ agilitas & mobilitas, sociorum innumerabilis multitudo sibi mutuo ex locis omnibus omnia nunciantium. Multa etiam ex scripturis coniiciunt, multa ex hominum dictis ac factis: & nō nunquam Dei quoq; consilia obscurè saltem, Deo permittente, eminus vident. FVR. Nihil hic desidero amplius: at Astrologiam inter vetitas artes à te numerari vehementer equidem miror. ER. Priusquam de hac re differamus, audire ex te velim, quid profanus ille Tenebris tuus de futurorum præscientia senserit. FVR. Sanè cum legi scripta ipsius primum, nō attendi animum ad haec priusquam à te monitus obseruare cœpi, sed Media solum quesiui. Animaduerti postea eum multa temere affirmare, ut cum Augurium in Paragr. aperte pbat, “ quod manifestis explicatisq; verbis Deus condemnat. “ In eode Prophetiā & Prodigia à cœlo fieri ait: quod bela, morbos, &c. efficere pariterq; indicare asserit. Ad Athen. Prophetiam ab Euestris & magna Turbā deditur,

Quomodo  
Diabolus alii  
quando fu-  
tura præve-  
deat.

Paracelsi  
de Divina-  
tionib. sen-  
tentia.

„ quam falso ab antiquis pro Deo cultam scribit. In Pre-  
 „ sag. affirmat Dæmones nouisse vniuersa, quæ homines  
 „ & Natura facturi sunt ad finem vsque. Recitat in hanc  
 „ sententiam alia multa, quæ recensere non est opus. Iam  
 enim à pietate deflectere abundè percepi. ER. Nisi fa-  
 Paracels. si tale esset huic bestiæ sibi ipsi contradicere, conarer se  
 bis semper pe cum excusare. In Presag. scribit, hominem ex se ipso  
 contrarius futuri nihil scire, nec ad ea cognoscenda aut inuestigan-  
 da creatum esse, cum alibi planè diuersum dicat. Probar-  
 is ac laudat omnes vanissimas Diuinandi artes, quas ne-  
 Gentiles quidem, quibus aliquid est mentis, vñquam p-  
 bauerint, Geomantiam, Pyromantiam, aliasq; similes.  
 Taceo enim quod Necromantiam & similes blasphemias & contumeliosas in Deum artes mirificè laudat.  
**Refutatio** quia dē his supra diximus. Nunc vnicō verbo, Geoman-  
**Geomatia.** tiæ exemplo, omnes confutabo. Si figuræ ex punctis con-  
 cinnatæ futura premonstrant, faciunt hoc vel naturali-  
 ter, vel artificiose. Neutro potest modo. Quare ne indi-  
 care quidem potest, cum aliis modis licitus, excogita-  
 ri nullius possit. Artificialiter nulla ratione posint,  
 quia artem nullam tenent. Sed nec artificiose dici pos-  
**Zeno.** sunt ea ratione, qua Zeno Naturam vocavit ignem arti-  
 fiosum. Etenim figuræ artificiales mathematicum  
 quiddam sunt, actionis viribus omnibus carent. Quid?  
 si etiam ascribere actionem liberet, non tamen aliam-  
 bui posset, quam quanta ab arte manat. At non potest  
 ars vlla res procreare naturales. Posint quidem figuræ  
 artificium, vt Pictorum & Statuariorum representare  
 naturales res aliquas: at non sic, vt inde coniectura de  
 futuris desumatur. Quapropter artificialiter non prein-  
 dicant, quæ naturaliter sunt eventura. Certum est nec  
 artificiale nec naturale effectum esse præstantio-  
 rem & nobiliorem sua causa. Quare nec artificialis figu-  
 ra præstantior erit artifice seu arte, à qua fabricata fuit.  
 Figuras.

Figuras porrò tales architectantur plerunque Idiotę ru-  
desque homunciones. Quo fit, vt plus non possint ho-  
mīne, cuius sunt effecta quædam. Quod nec naturaliter  
presignificant, ex eo patet, quod naturam aliam nullam  
habent, quam artificialem dispositionem. Deinde quæ  
naturaliter futura patefaciunt, vel sunt futurorum illo  
rum causæ, vel effectus, vel eiusdem causæ, à qua futura  
significata proueniunt, effectiones sunt. Figuras porrò  
futurorum non esse causas, ex dictis liquet. Quod nec ef-  
fectus sint, per se manifestum est. Quæ namque futura  
sunt, nondum existunt. Quæ nondum existunt, qui pos-  
sunt aliud vel significare vel efficere? Hoc perinde esset,  
ac si filium, patre nondum nato, existere diceremus.  
Iam quod nec eiusdem causæ soboles sint, à qua futura  
proferuntur, manifestum est. Etenim figuræ facit ho-  
mo, qui res ab ipsis significatas efficere nulla ratione  
potest. Quare efficere naturaliter aut significare futura  
non possunt figuræ ex punctis composite. Quod si ergo  
supra naturæ suæ vires hæc presignificant, aliunde facul-  
tatem hanc nanciscuntur, hoc est, aliter signa futurorū  
sunt, cum neque causæ neque effectus esse aut fieri que-  
ant. A' Deo autem non sunt, bonisque Angelis à Dei vo-  
luntate nusquam aberrantibus. Ergo Sacra menta seu  
mysteria, seu tacita quedam signa sunt damnatorum  
spirituum. Quod de hisce figuris dico, de alijs omnibus,  
ex quibus diuinare homines student, intelligendum est,  
cum pars omnium ratio. FVR. Non dubito, quin ve-  
ra isthe dicatur de artibus illis, quæ ad futurorum præ-  
fensionem vtuntur rebus ea indicare non potentibus.  
At de Astrologia quomodo dici idem possit, non video  
Quoniam coeli sidera manifestè sublunaris mundi res  
alterant, efficiunt, mutant. ER. Ennius certè olim (sicut  
alijs Diuinandi artibus; cuius versus huc adferre, quia

elegantes sunt, placet. Non vicanos Aruspices, non de circo Astrologos, Non Isiacos coniectores, non interpres somniorum. Non enim sunt iij aut scientia aut arte Diuini, Sed superstitionis Vates, impudentesq; Arioli: Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat. Quisib[us] sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viā. Quibus diuitias pollicentur, ab ijs drachmam ipsi petūt. Sed ad

*Astrologia rem. Si Astrologia Diuinatrix ita vaticinaretur, quomodo Medici, Nautæ, Agricolæ, prædicunt quædam, tolerari cum professoribus suis posset. Cum autem præuisio[n]em iactant eorum, quæ post multos annos euentur sint, intolerabiles ipsi seipso reddunt. Hoc enim solitus*

*Dei munus esse supra patuit. Et sanè per quam iniqui sunt, ne dicam blasphemi in Deum, cum arte se præcognoscere posse aiunt multis antè annis, quam accidit, quæ omnes omnium Gentium & etatum homines cruditi Dijs affligerunt suis. Multò ergo humilius hac in parte, turpè dictu, de vero Deo sentiūt aliqui ex Christianis, quā de Dijs suis, id est, de Diabolis senserint Ethnici prudentiores. Scio præterea tantò esse hanc excole augurationem nequiorem Deoque magis inuisam, quantò alijs est ariolationibus nocentior. Quippe fundatētum facta est omnīm fermè superstitionarum &*

*Astrologia Magicarum artium, vt harum clavis meritò sit appellata. Veteres à Dijs moueri aues, repræsentari extra subiecta ratione, moueri manus Geomantum, aliorumq; talium Diuinatorum censuerunt: posterior ætas hæc omnina sideribus tribuit, vt ex Alberto, Conciliatore, Ponponatio, alijs, intelligi potest. Evidem Platonici multa quidem astris tribuerunt, sed tantas in eis vires, quātas nostri Astrologi inesse credunt, reperi nequaquam iudicauerūt, vt ex Platone, Plotino, Iamblico, Porphyrio, probari facillimè potest. Supra docui, quæ vis efficit corporū in hęc nostratia. Statuerā hoc loco fusius explicare, quæ*

*Astrologi  
abiecius de  
uero Deo  
sentiūt quā  
Ethnici de  
Dijs suis.*

*Astrologia  
fundamen-  
tum est om-  
nium artiū  
Magicarū  
et superfit.*

quæ te sic volēte alio loco dilucidè satis explanaui. Sum  
 ma est, cœlos vt continent complexu suo corpora vni- Cœlū causa  
communis.  
 uersa, sic qualitate virtuteq; sua regere omnia. Vires in-  
 fundit hisce rebus vno tempore easdem cunctis, singu-  
 lares cōmunicat nulli. Sie Natura rerum postulabat, vt  
 res singulares à singularibus fierent causis, quò semper  
 causa responderet effectui. Etenim effectus singularis à Effectus sin-  
 gularis à  
 causa fit singulari, & cōmunis à cōmuni, vt eruditissimè causa fit sin-  
gulari.  
 in 2. Phys. ca. 3. docuit Aristot. cuius Paracelsici doctrinā Sola singu-  
laria gene-  
rantur. Et  
 rūt Ceterū nō generari nec corrupti in hoc mundo  
 alia quām singularia, notū per se est. Ex quo illud sequi-  
 tur, à causis particularibus omnia fieri, quæ hic oriūtur  
 & causis particularibus omnia fieri, quæ hic oriūtur  
 & occidunt, à cœlo nihil, nisi cum cœli viribus concur-  
 tur. corruptu-  
tur.  
 rat particularis causa. Quod vt est in primis Philosophic  
 rudimentis versato notissimum, ita Paracelsicis est ipsis  
 Indijs magis incognitum. Idem sacræ literæ præclarè do- Sacrae lite-  
rae quas cœ-  
la tribuant.  
uires.  
 cent, dum sideribus Deus opt. Max. vim nullam adscri-  
 bit aliam, quam luminis & caloris : quibus noctes & di-  
 es discriminantur, & totius anni tempora distingūuntur.  
 Quin etiam Deus præcauere volens Astrologorū amē-  
 tiā plātas, & quæcunq; terra per se pducere potest, ante  
 creata sidera creauit. Animalia, quæ sine semine nasci  
 nequeunt, post sidera creauit quidem, sed à sideribus in-  
 signiti proprijs virtutibus nō iussit, sed ipse, quas voluit,  
 speciebus singulis inseruit. Quæ ex putredine proueni-  
 unt, plantarum hac in parterationem obtinent. Sum-  
 marium dicam, Deus cœlo nō assignauit munus vel cre-  
 andi aliquid, vel vires rebus creatis largiendi, sed præce-  
 pit hoc toluim, vt motu lumine caloreq; suo diē & no-  
 tem & annum in sua tēpora dispertiret. Quod Aristot.  
 secut⁹ fuit, & oēs absq; superstitione philosophates rectè  
 imitati sunt. Quæ ergo recordia & dementia est putare,  
 causam omnibus sub Luna existentib. rebus cōmunem

particulares in res singulas despueere facultates? FVR  
 Attamen permulta hoc euidenter probant , quicquid  
 tandem dicatur, vt cancerorum carnes & maris æstus, vt  
 cætera nunc sileam. ER. Aliam æris temperiem rebus  
 alijs accommodare magis minusque nullus dubitat.  
 Sunt enim animalia quæ hyeme , alia quæ estate , alia  
 quæ alijs temporibus magis valent ac vigent. Sic pin-

*Cur circa plenilunium gambari et cancri pin-*  
*guescant.* nientius lumine Solis , tum quod pastum illo tempore  
 capiunt vberiorem. Hoc negabamus, Lunam vires do-  
 nare canceris alias , quam rebus alijs quibuslibet. Si alia  
 non concipiunt succum copiosorem instar illorum,  
 non est Lunæ hoc referendum acceptum, sed naturæ pro-  
 priæ : propter quam vnumquoque sic recipit coelestes  
 vires, quomodo aptum est recipere. Similis est ratio &  
*Aestus Maris.* stus maris. Non enim æstuant quædam maria, quia vir-

ris. tutem accipiant à Luna , quam aliæ res non accipiant,  
 sed quanquam res aliæ cunctæ idem accipiant: nō tamē  
 similiter omnes mouentur: quia videlicet disparescam-  
 rum sunt naturæ. Semper igitur manet hoc, coelestia v-  
 nica sua facultate quoquis momento res omnes ita mo-  
 uere , vt moueri singulæ aptæ sunt: ac proinde vniuersi-  
 tales & communes esse causas , non particulares & pro-  
 prias. Quid quod non eodem modo accedunt & reci-  
 pent maria omnia? Quædam enim alio tempore , que-  
 dam nullo modo æstuant. Narrauerunt mihi aliquor

*Mare Balticum non estuat.* hoc discrimen esse in maribus Hamburgensi & Lubec-  
*estuat.* si siue Oceano & Balthico (quorum illud estuat, hoc nō  
 nec solis, sed mouentur maria prout moueri apta sum-  
 ac res aliæ eodem paeto. Manet itaque hec etiam Luna  
 coeliue vniuersalis virtus, res cunctas ita mouens, vñi-  
 gulæ pro sua natura moueri possunt. Si plura de Astrolo-

giæ vanitate impietateque audire cupis, legitio cum nostram defensionem, tum Iohan. Pici Mirandula Domini doctissimos libros. Dispeream nisi digni sunt, qui anumerentur discipulis Paracelsi, quicunque hos libros despicerent audent. FVR. Ego nunquam magnificè de hac arte sensi, propterea quod à Philosophis irrisam, à Theologis explosam, à sacris literis execrataam, ab Imperatoribus damnatam ab Intelligentibus omnibus neglegtam animaduerti. Noster quoque Theophrastus hanc sèpè reprehendit, ac plenè vt videtur, nunquam didicit. Quippe aliam quam Græcanicam seu Ptolemai Paracel. de Astrolog. sententia. Astronomiam commendat. Sanè in Paragr. minatur Astronomiam & artem Calendariorum ab hisciendam. Astra coeli, scribit in eodem, non in primunt in hominem, sed Deus astra hominis fecit, vt cœlestia imitentur. Alibi negat rationem & prudentiam, quam in nobis cœlum regat, à Deo proficisci, quod ratio à Deo creata non subiicitur cœlo, sed ei imperet. Memini & supra me locum ex lib. de Fatuis citare, in quo incertam & imperceptibilem affirmat. Idem de Lunat. Constat ex his, inquit, Astrologiæ falsitas ac eorum qui ex genitura iudicant. In Præfigijs negat, vitia astris ascribenda. Non ne Diabolus se acutè in Astronomiam insinuauit, vt stellatum loco se vendit, atq; in ipso fundentur iudicia? Ita altutè nouit celare, vt huc vsq; in summo precio fuerit: ita adq; Sapientibus ita latenter inspirauit, vt cœlo, dominibus aspectibus, coniunctionibus attribuerint. Hec, in Astrologiæ, quantum plerique putant. ER. Si perstilis set in sententia laudaremus. Verum tibi dico, vix ullam in eos sententiam esse, cui non flagitosè & impudenter contradixerit. In proposito aliquot productis locis ostēt contradictionem ei intelligas, qui se ipsum cū pāsim mendacij in omnibus improbissimè passim accusat. Sa-

"nē in eodem libro Astrologiam prorsus astruit, tantum  
 "iuxta stellas spiritus esse contendit, qui se comites nato-  
 "ri adiungant, eumque ducant quo velint. Oportere itaq;  
 "spiritus hos, & genituræ figuram Astrologum coniun-  
 "gere ut recte diuinet. Videtur legiſſe Iamblichi detefan-  
 "da figmenta aliorumque Platonicorum blasphemias,  
 "& ex illis fecem exſuſſe. Proinde Astronomiæ partes  
 "ſeu species quinque statuit, inter quas Magiam & Ne-  
 "cromantiam collocat, omnesq; naturales licitas & ve-  
 "ras: atque versa mox pagina per infernales ſolum ſpiri-  
 "tus adimpleri expreſſe ait. An vllus à condito mundo  
 extitit, qui ſpiritu vertiginis impuriore exerceretur?  
 Nunc cœlum inclinare ſolum, mox cogere: iam non oc-  
 cidere ſed insaniam ſolum adferre, paulo pōft Domi-  
 num & Rectorem eſſe vitę mortisque, occidere, peſtem  
 que inducere ait. In Planetarum domibus fabros eſſe,  
 à quibus oēs artes doceantur, excepta Iuſticia & Theo-  
 logia. Alibi astra ratione vti, edificare, atq; alias artes ex-  
 ercere. De peſte cœlum, iraſci, odiſſe, amare in ſtar homi-  
 num, neq; vñquā ledere niſi offenſum. De fabris fatuo-  
 rum ſupra diximus. Alibi ſe à Deo Médicum factum, no-  
 à cœlo, cū ars ex Deo ſit, non ex cœlo: alibi contra à ſtel-  
 lis ſe edocēti afferit: non nullis etiā in locis Diabolas Pre-  
 ceptores agnoscit. Ego ſanè quiduis agere malim, qmz  
 ipſius ineptias transcribere. Non puto ſub cœlo tam el-  
 fe aliquem patientem, qui non indignetur cum prodi-  
 giosas & portentosas contradictiones toties ſibi occu-  
 rentes habet. Valeat ergo cum ſua Astrologia profanus  
 ille Tenebrio, ſuisq; diſcipulis venena hæc aternam in-  
 ferentia mortem propinet: pio nulli offerat. Ceterum  
 quia prima hæc velitatio noſtra opinione mea longius  
 durauit, tempus omnino eſt, vt receptui canamus.  
 Quod declarandum fuſcepeream, declaratum eſt: So-  
 Epilogus. lum Deum creatorem eſſe vniuersi: & res creatas cun-  
 das

tas à creatis facultatibus vniuersis & singulis aliter  
mutari non posse, quam pro materia potentia, quæ in  
creatione indita fuit. Hanc porrò potentiam, quam a-  
lij rationem seminalem nominant, Tametsi non vni-  
ca est in re qualibet, (ideoque res singulæ à diuersis a-  
gentibus diuersè afficiuntur ac mutantur) sine motu  
& alteratione in actum traduci aut permutari non pos-  
se ab illa creata virtute, euidenter demonstrauit. Quod  
enim vel præter insitam in materia potentiam, vel  
absque motu & successione repente fit, miraculosum  
esse docui. Et miracula ab ea sola virtute edi, quæ no-  
uas in materiam inserere potentias, hoc est, quæ creare  
potest, commonstrauit. Post hæc & illud probauit, mi-  
racula neque à naturali proprietate, neque à potestate  
siderum, neque à viribus animæ seu Imaginationis, ne-  
que à Diabolicis Euestris apud Tartaros natis, neque  
Medicinae artis opera, neque Magie vlliis potentia effi-  
ci posse. Ex quibus id, cuius causa præsens disputatio  
suscepit primum fuit, perspicitur, remedia omnia, quæ  
supra naturæ suæ proprias & congenitas facultates a-  
gunt aut promittunt aliiquid, vana esse, falsa, super-  
stitionis, impia, fugienda & execranda. Quare sub  
certo siderum possum, aut verborum siue notorum si-  
ue ignotorum admiruratione, aut ceremonia-  
rum certarum usurpatione collecta, præparata, for-  
mata, picta, effeta, sculpta, scripta, appensa, su-  
spensa, defossa, abiecta, admota, intra corpus sum-  
pta, aut alio quoquis modo concinnata & usur-  
pata, omnia hæc, inquam, si per hos mo-  
dos virium aliiquid adipisci credantur, aut effice-  
re aliiquid putentur amplius, quam per naturam  
suam præstant, grauissimè conscientiam vulne-  
rant, pietatem labefactant, bonas DEI creaturas  
adulterant & infamant, contumeliosa in DEVUM

236      ERASTI DISPUTAT.  
sunt, ideoque velut Diabolica fugienda, vitanda, con-  
spuenda, & detestanda sunt p̄ijs omnibus: ac Paracelso  
& discipulis talia probantibus relinquēdā. Vérba, vo-  
ces, signa, characteres, figuræ, Imagines, si rerū vires au-  
gere, aut per se mirabilia operari ponantur, initi cum  
Dæmonibus pæcti contractæque societatis signa esse  
clarè patuit. Inuitati talibus, quod possunt, faciunt, ut in  
æternum exitium præcipitent talia consestantes. Coe-  
git nos ipsa rerum tractatio, sparsim incredibilem im-  
pietatem, horrendas blasphemias, portentosam temen-  
tatem Tenebrionis maledicentissimi inaudita rabie in-  
bona, vera, sancta omnia inuidentis conuellere que ni-  
tentis retegere, quò à pestilentissimo omnium morta-  
lium imprudentiores sibi facilius caueant. Mendacissi-  
mum & impudenterissimum impostorem fuisse omnes  
testificantur eius libri: omnes præterea homines, qui  
bus vel mediocriter notus fuit. Evidem his elegijs  
cum ornare iustis de causis solitus fuit Ferdinandus I<sup>o</sup>  
perator optimus, & à maledicentia alienissimus, ut mir-  
hi refulit vir excellētissima eruditio & pietate orna-  
M. Medicus. Cf.

D. Iohann-  
Crato. Cæf-  
Maiestatis  
Medicus.

Infectum vir excepit in illa traditione  
tiss. D. Iohannes Crato Cæsareç Maiestatis Medicus. C  
sentaneè suis principijs & Præceptoribus Tarrarum in  
morbos inuexit, cum Tartarea sint, & ex imo Tartar  
eruta prolataque videantur propemodum, qua  
psit, vniuersa. Argumento est, quod inter dictandum lo  
litus fuit velut cœstro percitus & furijs agitatus inflat  
Pythiaæ cuiusdam vatis exardescere ac vociferari. Demo  
ne nimirum plaustra illa conuiciorum & ~~do~~zopœas  
monstrosam suggestente, quam sanus excogitare nun  
quam potuisset. Retulit hæc sèpe D. Oporinus ~~et~~ et pote  
tat, qui Amanuensis eius fuit per biennium. Idem af  
firmatè sèpè narravit, nunquam nisi benè potum ad  
mysteria sua explicanda accessisse: & in medio hypocau  
sto columnæ τελυφωμένον, adeo que numine suo plenum  
all.

affidentem, manibus capulo ensis comprehēso, (Quod eius κοίλωμα hospitium præberet ei spiritui, qui vitro inclusus responsa fascinatis à se hominibus dare solet) eructare suas imaginationes consueisse. Superauit impudentia, temeritate, & prodigiosa impietate Arianos, Photinianos, Mahometanos, Hæreticos denique Tattareos omnes. Hunc ne tu propter pietatem anteferendum castis authoribus Galeno & Hippocrati, hominibus Ethniciis, & proinde vera pietatis ingens porrò censemus? Lapsi sunt illi, quia instituti à nemine fuerunt: Hic autem rectè instructus volens, sciens, prudens, ex mera petulantia & nouandi libidine ea docuit, scripsit, inculcauit, quæ illi vix ausi fuissent cogitare, si vel scintillam Diuinæ lucis huius habuissent. Sed finem facio, ut ad id, quod consequēs est, aggrediamur, & quam eleganter præclarequie philosophatus sit parvus diligentia consideremus. FVRN. Oro te maiorem in modum, ut iam dictis de vita hominis, si quid præterea comperti habes, auctarij vice adjicias. Suspicor enim te aliquid scire, quod in eadem ferè patria nati ambo sitis. ER. Boni nihil possum, mali plurimum. De curationibus eius, quæ à viris fide dignissimis & exceptione majoribus accepi, in sequentibus recensebo. Nunc aliquid eorum attingam, quæ magis hic spectant. Heluetium fuisse vix credo. Vix enim ea Règio tale monstrum ediderit. Si edidit, non diu fouit. Certè non reperitur vnum aliquis in tota Heluetia, qui vel affinitate vel necessitudine alia coniunctus ei fuerit. Terra seu Tartari vindetur filius instar Merlini cuiusdam fuisse. Vocat se Eremi tam, & nobilis vult videri. At in Eremo Heluetiorum nulli sunt Paracelsi, nulli Hohenhemij, nulli Bombasti, nulli deniq; vel nobiles vel ignobilis, qui eum vt sanguine iunctum agnoscant. Audiui Pædagogum ibi aliquan- dō vixisse hominem exterum, & quo natus ille sit, in lo-

co, qui' vocatur altus nidus, (Pessimum fuisse tuncni-  
dum oportet, ex quo tam mala prodijt auis.) Vnde for-  
tasse Paracelsum se nominauit. Huius vocis composi-  
tio, vt est admirabilis, sic & author eius est mirabilis. Pa-  
trem suum scribit alicubi per annos 14. vixisse in Ca-  
rinthia, aut vicinis regionibus. Hoc in loco, narratum  
mihi est ex eis, ei testes fuisse à milite, dum anseres pa-  
sceret: Inde cum adultior factus fuisse in Hispaniam abisse, ibique Magicis prius initiatum, Chymicam didicisse: à qua cum operam & oleum se in ea ex-  
ercenda perdere animaduertisset, ad Medicinam tran-  
silerit. Eunuchum fuisse cum alia multa, tum faci-  
es indicant: & quod, Oporino teste, feminas prorsus  
despexit. Fatetur etiam in Præfatione quadam se per-  
cussorem fuisse, & aliquoties ob id, (vel etiam ob alia)  
in carcerem coniectum. Si examines ea, quæ D. Iohan-  
nes Oporinus vir omnium iudicio optimus apud cum  
biénio, quo eū secutus est, relicta domi uxore, (Quo ad  
mirabilis doctrinæ, quam iactitabat, particeps fieret. E-  
tenim persuaserat ei, se sex mensibus artem Medicinam  
totam perfectè traditurum esse) vident, quo fuerit inge-  
nio egregiè cognosces. Præter mirabilem faciem  
Medicinam promptitudinem & felicitatem, nullam  
inquit, in eo neque pietatem neque eruditioem anti-  
maduertere potui. Et mox. Adeo erat totis diebus  
& noctibus, dum ego ipsi familiariter per biennium  
ferè conuixi, ebrietati & crapula deditus, vt vixnam  
atque alteram horam sobrium eum reperire licue-  
rit. Item, cum initio fuisse abstemius, ita dein bibe-  
re vinum didicit, vt totas noctes Rusticis plenas lage-  
nas propinando superare ausus fuerit. Digito tan-  
tum gulæ immisso crapula sese liberans, & rursum, tan-  
quam ne guttam quidem vñquam hausisset, potionis  
bus indulgens. Item, Noctu, inquit, toto, quo ego

Eiconuixi, tempore nunquam se exuit: id quod ego ebrietati ascribebam. Plerunque enim non nisi ebrius, ad extremum noctem domum ibat cubitum, atque ita, ut erat induitus, adiuncto sibi gladio suo, quem Car-nificis cuiusdam fuisse iactabat, in stratum sese coni-cebat: ac sàpè media nocte surgens, per cubiculum nudo gladio ita insaniebat, ita crebris ictibus & paui-mentum & parietes impetebat, vt ego non semel mihi caput iri amputatum metuerem. Item, Pecunia sàpè ita erat destitutus, vt ne obulum quidem ei superesse scirem, crastino statim rursum crumenam habere ie bene instructam ostentabat: vt non raro admiratus fuerim, vnde ea ei fuisset suppeditata. Item, Orare cum nunquam neque vidi neque audiui: neque curabat Ecclesiastica sacra, sed doctrina Euangelica, quæ tū apud nos excoli incipiebat, & à nostris concionatoriis Lutherum & Papam, non minus, quam nunc Galenum & Hippocr. redacturum in ordinem minabatur. Neque enim eorum, qui haec tenus in scripturam sacrā scripsis-sent, siue veteres siue Recentiores, quenquam scripturę nucleum rectè eruisse, sed circa corticem & quasi mem branam tantum hérere. Hęc partim ex Oporini literis excerpere, partim ex eius sermonibus annotare libuit. Que ad Pharmacorum préparations & curationes spe ctant, quo postea loco referrentur. Eadem fermè scripsit ad me vir pietate & doctrina clarissimus D. Henricus Bullingerus, qui cum Tiguri nouit, vbi aliquandiu vixit. Ut fui ubique similem fuisse perspicias, ex huius etiam tunicum eo, inquit, semel & iterum de rebus varijs etiam Theologicis vel Religionis. Sed ex omnibus eius sermonibus pietatis nihil intelligere licuit, Magiae vero, quam ille nescio quam fingebat, plurimum.

D. Henricus Bullingerus.

Si eum vidisses, non Medicum dixisses, sed Aurigam: &  
 sodalitio Aurigarum mirificè delectabatur. Ergo dum  
 viueret hīc in diuersorio Ciconiæ; obseruabat aduen-  
 tates in hoc hospitium Aurigas: & cum his homo spur-  
 cus vorabat & perpotabat: ita nonnunquam vino sopi-  
 tus, vt se in proximum scamnum collocaret, crapulam  
 que foedam edormiret. Deinde interie etis quibusdam  
 de habitu & vestitu eius, qualia Oporinus etiam habet,  
 sic concludit. Breuiter sordidus erat per omnia & ho-  
 mo spurcus. Rarò aut nunquam ingrediebatur coetus  
 facros, ac uisus est Deum & res Diuinas leuiter curare.  
 Si non tibi hæc sufficiunt, legé ipsius defensiones, que  
 tibi occasionem plura cogitandi offerent. Silaborem  
 hunc quoque refugis, considera solum, quibus te ipsum  
 Titulis ornarit. Abundè namque ingenium suum care  
 prodidit. Cum vocatus esset Philippus, ( Nomen fami-  
 liae, si ullum habuit, suspicor Bombast fuisse ) vocauit i-  
 pse deinde se ipsum Theophrastum, Paracelsum, ( à lo-  
 co, vt opinor, in quo natus fuit, deducens ) Hohenhe-  
 miūm, ( quod eadem occasione videtur ab eo factum )  
 Aureolum, Principem & Monarcham omnium scien-  
 tiarum & artium. Non semel hoc se ipsum nomine op-  
 nat in libro de tinctoria. Et in Paragr. Ego, inquit Monar-  
 cha sum atque ero. Me sequi vos Auicenna, Galen, Pa-  
 risienses, Montispesulanii, Sueui, Misnenses, Colonien-  
 ses, Viennenses, Maria, Insulæ, Italia, Dalmatia, Sarma-  
 tia, Græcia, Athenæ, Arabes, Iudæi, ( Mirum quod non &  
 Garamantas, Indos, Anglos, Suecos & Danos adiunxit )  
 cogimini, non autem vos ego sequi debeo. Corrigit  
 seu annuli calceorum meorum plus norunt artis Me-  
 dicæ, quam Galenus. Aristoteles & qui eum sequuntur  
 sunt tanquam spuma superiore bono: quæ naturam lu-  
 ris sapit, sed felibus & canibus debetur. Sed vt finamus  
 cum Medicum fuisse Chirurgum multis alijs felicio-  
 rem,

rem, an ideo damnare , quos nunquam intellexit, debuit? Et qui potuit homo ebrius, diem cum maxima parte noctis cum Rusticis, Aurigis, Idiotis alijs, compo- tando consumens, reliquam cum Laruis & Dæmoni- bus depugnando transfigens, postridie serò admodum hesterna grauatus crapula surgens, illorum virorum scripta intelligere , abstrusasque sententias eruere, quas omnes alij intentissima cura , perpetuo labore, continuoque studio peruestigantes vix inuenire co- gnoscereque potuerunt ? Quæ deinde causa eum mo- uit, orate, vt Theophrastum se appellaret? Vel pro- pter sermonis elegantiam & puritatem se ita voluit nominari, ( quod alteri illi Aristotelis discipulo con- tigit ) vel certè propter rerum Diuinarum cognitio- nem, & differendi de eisdem peritiam. Hoc à nem- ne affimari poterit : nisi Deum intellexerit Tarta- reum , cuius cauſsam fānē egit per quam studioſe. Ad orationem quod attinet, Linguæ Græcæ rudis & i- gnarus prorsus fuit : Latinæ vix prima initia nouit: Quam ex maternis exugere vberibus debuit , non fa- tis tenuit. Tam enim scripsit inconditè , tam bar- bare , tam confusè , tam inscitè , tam ineptè , vt nul- lum existimem extare scriptorem Germanum , cu- ius inscitiam & infantiam ille non infinitis modis su- perarit. Maneat ergo Cacophrastus , vt se ipsum in Paragrano suo nominat. Maneat Ferreolus , Plum- beolus, Lutulentulus , Tartareolus : Sint ipsius di- scipuli fani , prudentes , aurei , argenti , plumbi : tan- tum ne contaminent , inquinent , ac foedent , execra- bilem querreddant nobis artem cœlitus datam & con- cessam. FVRNIVS. Theologica Paracelsi porrò facile cauebo. Nec superstitionis remedij ac Magi- cis curationibus imponi mihi post hac patiar. Quippe

impium esse nunc iam video, quod aliquotiens iubet  
morbos ex incantatione & superstitione natos (etiam  
Si hoc modo nasci possent) contraria incantatione  
& superstitione curare. Vigesimosexto  
Martij. Anno millesimo quin-  
gentesimo septuagesimo  
primo..

Tωθεωμόνωδός

APPENDIX

## APPENDIX

## FVRNIVS.


Homo com  
ponitur ex  
duobus cor  
poribus.
 NTE diem constitutum ad terredo. ERA. Forte quia nuper editum Paracelsi librum vidisti. FVRN. Sic est. Magna auditate oblatum perlegi: & pleraque rectius, quam antea intellexi. Quia tamen aliqua sunt, de quibus tuam cupio audire sententiam, maiorem in modum abs te peto, ut non grauatè feras hanc meam audiam. ERASTVS. Si quid in eo reperisti ad primam velitationem nostram spectans, quod non satis explicatum & confutatum existimas, proponito: libens tibi respondebo. FVRN. Hominem ait componi ex duobus corporibus quorum alterum ex elementis cō- ponitur ex扁um, alterum ex sideribus concinnatum sit. ERA. Astro-  
nōmia est pri-  
cipium &  
fundamen-  
tū Religio-  
nis Christia-  
ne. duobus cor-  
poribus. Hæc & huius generis alia in proxima collatione expen-  
demus: nanc illa tantum excutienda sunt, quæ ad pie-  
tatem & Religionem pertinent. FVRN. In Präfa-  
tione dicit, Astronomiam suam principium & elemen-  
tum esse Religionis & Sapientiæ celestis. ERA. Ni-  
mis longum foret ad omnes ineptias respondere. Qua-  
remalora proponito: quanquam hoc quoque absque manifesta blasphemia dici non potuit. Quippe funda-  
mentum Religionis est solus Deus. Sed Pon ponatijs so-  
ciis est. FVRN. Quod ab astris dicit porcos, asinos,  
leones, generari, non nescio absurdum esse. Ete-  
nim in libro de Lunaticis ait Phariseos essentiali-  
ter Lupos fuisse, non per similitudinem duntaxat generatur  
morum, quomodo Apostoli oues à Christo vocati porci, as-  
sint. In libro de Homuncionibus cauñas vide - ni, leones,  
tur modumque generationis talium voluisse tradere. &c.

In hoc libro cap. 6. à cœlo transmutari homines verè in lupos asserit, (Quanquam paulo antè capite tertio, in naturam seminis causam retulit) quod supra est sapè confutatum. Praeclarè adhuc memini eorum, quæ de cœlorum efficiētia protulisti. Quanquam ipse seipsum refutet paulo pòst, cum cœlum apertè, idq; non semel tantum, negat impudicitiam, auaritiam, aliasq; fordes parere: ac solas artes cum sapientia efficere contendit.

*Paracelsi*  
*dliquor cō-*  
*tradictiōes* Fauo homini fateor: at apertas istas contradictiones non probo. Scribit aliquoties cœlum cogere homines ad facienda bona pariter ac mala. Non multo pòst affirmit in potestate hominis esse, vt inclinationes cœlestes sequatur aut non sequatur. Imò alio loco hæc habet. Propensiones ad furta, rapinas, scortationes, non sunt inclinationes siderum, sed à spiritu quodam in homine existente præter & extra naturę ordinem. Et paulo pòst, mores ab inclinatione siderum nobis innati rursus affirmat. Homo cogitur parere astris, inquit, nec est hic vla libertas. ER. Sapè iam monui fatale esse Paracello,

*Logica ob-*  
*scurauit Sa-*  
*pientiā Di-*  
*uinā: quod*  
*est peccatū*  
*in spiritū*  
*sancuum.* vt sècum semper & vbique turpissimè pugnet. Sanè con traditionibus eius ita assucui, vt valdè mirer, cum ali quandiu sibi constantem inuenio. Audet is scribere per Logicam seu Dialecticam extinctum esse naturale lu men, & obscuratam sapientiam Diuinam: quod fortasse inquit, est peccatum in Spiritum sanctum, quod neque in hoc neque in altero mundo remittetur. Eadem te- Nuper re- meritate asserit duobus in locis, nuper inventarum In pertarū ter sularum ac terrarum homines non eiusdem esse nobil- rarū homi- cum naturæ, nec ab Adamo, à quo nos originem traximus, ortum habere: sed ab alio quodam Adamo pronatos esse. Intollerabile modis omnibus est, quod resurre- progeniti. Par. cels. ne gat carnis natus est homo fanaticus. Etenim cum tres partes in nostræ Re- surrectionē homine ponat, elementalem, cœlestem, & Diuinam, priores

Priores duas interituras prorsus , nec vñquam in cœlū  
 peruenturas contendit: solam partem tertiam , quæ à  
 Deo exierit, ad eundem redire, cœlosque possidere asse-  
 rit. Aduerte, inquit, cur Deus mortem ordinariet, nempe  
 vt carnem, quæ inutilis est, à spiritu separaret. Nihil enim  
 ad Deum siue in cœlum perueniet, nisi quod à Deo pro-  
 fectum est. At solus spiritus, in quo est imago Dei, à Deo  
 est. Hic igitur solus ad Deum redit, qui ex cœlo descen-  
 dit: caro autem de terra est, ideoque in terram redit. Itē,  
 nec elementale, nec siderale corpus cœlum possidebit, «  
 sed solus homo spiritus, qui à Deo inspiratus est. Item,  
 Tenendum hoc est, nihil eorū, quæ de terra accepimus  
 resurgere, sed solum hoc, quod ex Deo est. Quapropter  
 in Christo resurgentemus. Si in eo nō sumus, resurgentemus,  
 at non in Christo, non in Natura, sed in spiritu Sancto-  
 rum. Item, Quod de terra est, non participat hæreditatē  
 regni Dei, quoniā terra est, quæ non penetrabit ad cœ-  
 lum. Item, Satis retrò ostensum est, carnem & sanguini-  
 nem, quæ de Adamo acceperunt homines, in regnum  
 Dei non ingressura. Nihil enim in cœlos ingreditur, prę  
 terid, quod de cœlo ortum est. Cæterū caro Ada-  
 midē terra est, ac proinde non pernent ad cœlum, sed  
 reddit in terram. Quippe mortal is est ac morti obnoxia:  
 nullum autem mortale cœlum possidebit. Terrena  
 quoque caro non potest ad cœlum peruenire, quia ni-  
 hil prodest, inutilis ad omnia est, plena sordium, viti-  
 rum, improbitatis est. Nec ab igne vlo repurgari ab in-  
 quinatione sua potest, vt cœli capax efficiatur. Nullum  
 namque ignem, nullamq; glorificationem patitur, sed  
 tota ab homine, id est, ab anima separanda est: quod per  
 mortem fit hominem à carne sua diuidente. Ideo scire  
 nos conuenit, carnē, quæ ex Adami semine pronata est,  
 prorsus mortalem inutilemque esse. Hæc & huins gene-  
 ris alia toties repetit in hoc libro, vt mirari cogat omnes

pios, tantam & tam impiami in hominem potuisse caderre audaciam. Nec dissimile est quod in tertio lib. ad Athenienses scripsit. licet obscurius ac breuius attigerit. Idem aliquanto clarius dixerat libro secundo textu 23.

*Paracel. de  
animae im-  
mortalita-  
te dubie lo-  
quitur.*

In Paramiro suo propemodum de animæ vita dubitat. Sic enim scribit. Corpus in homine aliud est, quod non est factum ex tribus (Intellige Mercurio, sulphure, Sale) neque ex Limbo, vnde nec Medico subiectum est. Originalis suam habet ab afflato Dei. Quoniam ergo resurgemus, ut ad reddendam rationem benè maleque factorum, non autem sanitatis & morborū, quæ visibile corpus patitur, probabile est inuisibile corpus simul resurrectum. Inuisibile corpus hoc in loco nominat Animam. Hæc enim sola in homine ex inspiratione Diuina inest, nec ex materia elementorum facta est. Hic ergo corpus eam vocat, in supra citatis locis spiritum rectius appellat. Quanquam verò monströsè impia hæc sunt, non tamen contētus his fuit: sed alias insuper blasphemias addidit. Etenim Mariam virginem Deiparā de Adamo natam fuisse quater palam negat in 2. lib. Verba eius in 2. capite, hæc sunt: Ex hoc sequitur, Virginem, ex qua una creatura prodīt, filiam fuisse Abrahāmi iuxta promissionem, at non ex Adamo: hoc est, fuit ante Abrahamum sine virili semine nata in virtute promissionis, ab eo que omni mortali natura ex virgine: quæ hoc modo non est ex Adamo, nec ex eius semine: tantum ex eius carne natus est Christus à Spiritu sancto conceptus, & de sancta carne incarnatus. Item capite tertio: Scriptura nihil loquitur de carne Adami, sed de figurato corpore secundum nativitatis, cui nihil adhæreat corporale de Adamo. Nam virgo Maria mater nostra pura fuit, absque carne & sanguine Adami & Euæ: quomodo nos etiam esse oportet. Item, Destinatum fuit, ut Virgo, ex qua natus est Christus, ortum haberet ab Abrahamo, non

*Animā uo-  
cat corpus.*

*Mariam ex  
Adamo pro  
generatam  
negat Para-  
celsus.*

non ab Adamo. Item, Christus ex virginе natus est, quæ non ab Adamo, sed ab Abrahamо, non ex carne Adami, sed ex carne promissionis, ex qua nihil impuri nascitur, originem traxit. Quid, quod Christum ex substantia virginis natum negat? Sanè carnem eius veram humanam esse carnem, atque ab Adamo propagatam non credidit: ac proinde hominem verum esse minimè putauit. Si enim Maria non est ex Adami progenie orta, ne Christus quidem ex ea carnem assumens ex Adamo sumpsit originem. Quod si deinde ne ex virginе quidem carneum assumpsit, carnem habuit longè aliam à carne nostra. Verba eius de hac re ista sunt. Christus conceptus est à Spiritu sancto, & è sancta carne incarnatus, non secundum ordinem carnis mortalis, sed secundum nouam natuitatem, quæ à Spiritu sancto in vas aliquod infunditur. Hoc dicitur ex vase esse, at non de vase, (sive ex ipsa vasis substantia.) Hæc ille. Quid ad ista tu? An non dignus tibi videtur, qui in fronte huius libri, in quo præter monstra sententiarum, flagitia mendacia, horrificasque blasphemias nihil continetur, à Deo excellenter scriberetur illuminatus? Aut nesciunt quid agant, quos talia commendare non puder, aut hominum omnium sunt infeliciſſimi. FVR. Quam sunt cogitationes hominum dissimiles? quam dilparet affectus? Legi eadem hæc, & obscurè quidem modo tu exponis. Etenim quæ ex ipso contra mortuorum resurrectionem protulisti, sensum habere puto non malum. Hoc enim voluisse arbitror, quod Paulus in primo ad Corinthios decimoquinto dixit, carnem & sanguinem non posse hereditatē consti: neq; corruptio ut incorrupte nature hereditatē accipere. Sic iaficiatur

Paracelsus  
Christū ne-  
gat ex vir-  
ginē carnē  
assumisse.

impios resurgere, non quod reuicturos neget atque ad supplicium æternum abripiendos dubitet, sed quod in cœlum ascensuros non esse hoc loquendi modo indicet. Carnem igitur, quam ex parēte Adamo accepimus, hereditatem coelestem non possessuram putauit ac scripsit, priusquam regenerata supernè sit: quod omnes nos cum Sacris literis affirmamus. Quę ex Paramiro attristit hoc ipsum euidenter satis probant, vbi vñā cum visibili corpore, quod ex elementis cōflatum esse dicimus, inuisibile quoq; resurgere affirmat. ER. Idem ego quoq; primum credidi eum sensisse: ac vehementer vellem hanc eius fuisse mentem. At nimis multa dicit, quę nos cogunt aliter existimare. Nolo nūc de contradictionibus eius plura dicere quę sic ei familiares atque visitatæ sunt, vt iam aliquoties monui, vt nullam propè sententiam veram constanter ybiq; tenuerit, fallas & monstruosas variè mutarit, inuerterit, locupletarit, deformarit. Hanc ob rem mirari insaniam hominis in hac parte desij: ac grauiorā solū notaui. In hoc libro nihil inculcat s̄epius, quam quod ex Deo ortum sit, ad cundem reverti: quod autem ex terra natum sit, in terram rufus conuerti: ac proinde animam mori non posse. In Parā. Verisimile solum putat, animam vñā cum visibili corpore ex sepulchro prodituram. Argumento montetur hoc, quod benē maleque factorum reddituri sumus rationem, quę ad corpus hoc visibile non spectent. Effe namque morbi & sanitatis subiectum, quorum Deus nullam à nobis sit rationem postulaturus. In hoc libro contrarium sedulò vrget, corpus ita peccare, vt ex eo anima non inquietur. Caro, inquit, debebat esse libera, vt, quod vellet, faceret absque animæ noxia: quod esse non potuit. Quoniam carni impositæ sunt leges Diuinæ omnem adimentes libertatem, vt nihil in carnē liberis: & in carne ita sit liber, vt in ea visibiliter malum.

Sic peccat  
corp⁹, ut a-  
nimæ inde  
nō contami-  
netur.

& bonum facere possit, absque animæ damno. FVR.  
 Imò negat carnem esse liberam, dum ei mandata Diui-  
 na dicit imposta. ER. Non hic sollicitus sum, vt qui  
 vnum hoc præcipue cupiam tibi ostendere, quam tur-  
 pis sit oratio Paracelsi: & quam foedè in tam pauculis  
 versibus sibi contradicat. Quod si defendere animus  
 est, lege quæ in hoc capite sequuntur: & quæ deinde in  
 eodem hoc lib. 2. capite 3. de Libero arbitrio porcus ille  
 grunnit. Dum putabis te inuenisse quibus eum excuses,  
 multò te magis irretitum senties. Hoc negari non po-  
 test, quin dicat carnem debuisse liberam esse, vt, quod  
 haberet, facere posset, at non esse: ac mox affirmet in car-  
 nelibertatem esse, vt malè beneque absque Animæ in-  
 commodo agere possit. FVRN. Quia in hoc non ita  
 multum est positum, ad rem nostram redeamus. ER.  
 Hoc erat propositum ostendere, non posse verba ipsius  
 ita intelligi, quomodo Apostoli Pauli ab omnibus sanę  
 mentis hominibus intellecta semper fuerunt, ac hodie  
 quoque intelliguntur. Etenim Apostolus hoc tantum  
 voluit docere, corpora nostra non consequi possessio-  
 nem coelestem, quantis per manent corruptioni obno-  
 xia: non autem negat hæc ipsa corpora nostra, quæ in  
 hac vita mortali circumferimus, postquam immutata  
 & glorificata fuerint, in cœlis cum Christo & electis Dei  
 omnibus in sempiternum victura. Quamobrem inter-  
 roganti, quid de illis futurum sit, quos extrema dies oc-  
 cupabit in hac terra viuentes, respondet, in iētu oculi  
 immitandos esse. Oportet enim, inquit, τὸ Φθαρόν τέτο,  
 hoc corruptioni obnoxium corpus induere incorru-  
 ptam naturam, τὸ θυντήρ τέτο, & mortale hoc induere  
 immortalitatem. Perspicitur ex his clarissime, non alia  
 corpora secundum substantiam, quam hæc ipsa, quæ ex  
 parentibus nostris desumpsimus, reniciuntur & in cœlo  
 cum Christo redemptore suo regnatura esse. Substantia

*Caro libe-  
ra esse de-  
buit, ut  
quod lube-  
ret, ficeret*

*Apostoli  
Pauli de  
carnis no-  
stre Resur-  
rechōe sen-  
tientia.*

non mutabitur, sed qualitates, ut grauitas, corruptio, mortalitas, atque aliae tales ab eis auferentur. Tantum abest, ut arbitratus sit Paulus, nos, dum in hoc mundo viuimus, corpus habere immortale, ut omnibus affirmet necesse esse deponere mortalitatem, illis etiam, quos in terra dies nouissima deprehendet. Contradictoria sunt, corpus nostrum actu simul utrumque esse mortale & immortale. Non sic Paracelsus. Quamvis enim dicat homines in carne resurgere oportere, quod ab Angelis distincti maneant, tamen corpus aliud ab hoc terreno, quod ab Adamo propagatum est, singit. FVR. Puto te iniquè verba eius interpretari. Non enim intelligit aliam substantiam, cœleste regnum possessuram, sed hanc ipsam, transmutatam tamen, ut ex Apostolo docuisti. Etenim ex aqua & spiritu, renouationem hanc dicit nasci cum Scriptura. Quod si videtur aliquando aliter locutus esse, in meliorem partem nihilominus accipienda sunt. Solet enim obscurius interdum loqui, atque suspicionem lectori parere sententiæ absurdæ, dum inepti in animo nihil cogitat. ER. Audeo verè dicere nullum unquam extitisse, quantum quidem videre ego potui, qui tam incōditè, barbarè, perturbatè, & impropriè in lingua non strate scriberet. Hinc fit ut ex uno loco difficile plerunque sit mentem eius percipere. Augent difficultatem crebræ & monstrosæ contradictiones. Sanè in hac ipsa re tam loquitur confusè, obscure, & variè, ut sententiam eruere certam nequeas, priusquam omnes inter se locos contuleris. Ex collatione perspicies, eum sæpius illud a firmare, quod ante dixi, nempe non hoc corpus nostrum pietas Para terrenum immortale effici, vitamque cœlestem consecutus demon qui, sed aliud quoddam corpus cœlitus demissum: cuius stratur. rei multa sunt argumenta. Primum hoc esto, quod sexcenties in hoc libro affirmat, corpus ab Adamo propagatum non possessurum hereditatem cœli: sed hoc solum redi-

*Argumēta*

quibus immo firmare, quod ante dixi, nempe non hoc corpus nostrum pietas Para terrenum immortale effici, vitamque cœlestem consecutus demon qui, sed aliud quoddam corpus cœlitus demissum: cuius stratur. rei multa sunt argumenta. Primum hoc esto, quod sexcenties in hoc libro affirmat, corpus ab Adamo propagatum non possessurum hereditatem cœli: sed hoc solum redi-

rediturum ad Deum, quod à Deo profectum sit, nem-pe animam à Deo inspiratam. Corpus vtrunq; Elementale videlicet ac siderale per mortem dissoluendum es-  
se, vt illud elementis reddatur, hoc cœlo & sideribus re-  
stituatur, constanter affirmat. Loquitur autem de ipfa  
corporum substantia vel essentia, non de qualitatibus:  
quod vnico hic testimonio ex prefatione producto, præ-  
ter illa, quæ supra citauimus, probasse sufficit. Deus, in-  
quit, duas essentias in homine fecit, terrenam & ceternā:  
quæ coniunctæ manent usque ad resurrectionem: quo  
tempore terrena terræ, æterna regno Dei redditur. No  
lo hic iam monere te, vt consideres, quam falsum sit,  
quod animas ait ad resurrectionem usque cum corpori  
bus copulatas manere, cum per mortem secludi con-  
stet. Sed hoc te notare iubeo, quam loquatur non con-  
sensaneè Scripturæ: quæ in extremo iudicio animas cū  
corporibus iterum coniungendas doceat, cum ipse dis-  
iungendas tunc scribat. Hoc cum ob id potissimum fe-  
cerit, vt corporis ab Adamo pronati essentiam non in-  
gredi cœlum ostendat, sed in terram resolui doceat, cla-  
rissimè patet, eum non de qualitatibus, sed de substan-  
tia loqui. Etenim resurrectionis tempore qualitates hu-  
ius mundi non amplius in corporibus insunt. Secun-  
do, non minus frequenter asserit, corpora, quæ de terra  
sumpta facta q; sint, ad cœlos non ascensura, sed in terrā  
refoluenda. Constat autem corpora nostra ex terra cō-  
formata factaque esse. Quare ex ipsius sententia cœlum  
non possidebunt. Ex quo iterum liquet, eum de alio cor-  
pore loqui. Verba eius cap.2.lib.2.hæc sunt. Duæ sunt  
carnis species, una Adami, quæ ad nullam rem vitilis est,  
altera spiritus, quæ vivificat. Nam supernè incarnatur,  
vnde in cœlum quoque redit. Et postea Deus voluit ho-  
minem immortalē esse, caro autem de terra sumpta  
immortalis reddi nō potuit. Nihil enim immortale est,

nisi quod cœlitus venit. Item, Anima est caro & sanguis: & in his inesse cogitur. Cæterum carnis differētia due sunt, mortalis & immortalis: illa essentiam suam accipit à carne mortali, hæc perfecta caro est ad vitam aeternam ordinata. Hanc carnem sæpiissimè vocat carnem à Spiritu sancto incarnatam. Tertio æquè sapè incul-

<sup>3</sup> cat hoc, impossibile esse, ut corpus mortale fiat immortale. Supra citata testimonia hoc tam probant aperte, vt non sit necesse plura proferre. Constanter enim vbi que afferit rem mortalem nullam ad celos ascensuram, sed sola immortalia & Diuina ad Deum redditura. Immortalem, inquit, carnem de antiqui carne Adamini nihil omnino in se habere oportet. Si nihil omnino, ergo neque substantiam. Corpora autem nostra, si non sicimus esse morti corruptionique obnoxia, ex scripturam testimonijs persicile cognosceremus. Quocirca non credit nos trahere haec mortalia corpora immortalitatem

<sup>4</sup> induere posse. Quartò contendit hoc solum, corpus in cœlum ingressurum, quod eiusdem sit cum corpore Christi substantiæ, eodemque aut saltem consimili modo sit natum, non per naturalem generationem propa-

*Christus ex virgine sicut natus, quomodo uinum ex usus promittitur.*  
Christum certè scribit Christum carnem suam sicut ex virginе, non autem de virginе sumptissime, quomodo qui ex vase aliquo vinum promittit, ex vase quidem accipit, at non de vase capit. Non enim de substantia vase vinum est, sed in eo solum continetur. Renouat impurus Tenebrio Veterum hæreticorum & Recentiorum teres here-

*Paracelsus renouat yec-*  
teram errorem, Christum de cœlo per virginem tanquam per canalem transisse, de substantia eius nihil assumpisse, blaterantium. Sic verba eius habent. Ex A-

dam carne ( scilicet natum esse Christum) aliter nō accipite, quā quomodo de vino potestis intelligere, quod in vase conditur. Hoc ex vase quidem est, at non de vase,

iam & illud consequitur, quod à spiritu incarnatum est, è cœlo

è cœlo esse, & in cœlum reuerti: quod autem à spiritu  
 incarnatum non est, neque ad cœlum etiam peruenit. “  
 Sicut Christus ex virgine natus, & in ea à Spiritu sancto  
 incarnatus absque semine virili Adami homo factus  
 est, sic nos homines, qui seruari volumus, carnem mor-  
 tale deponere, iterumque generari à Spiritu sancto  
 necesse habemus. Quoniam enim in sempiternum o-  
 portet hominem carne & sanguine præditum esse, duæ  
 sunt carnium species, Adami vna, quæ nihil prodest, Spi-  
 ritus sancti altera, quæ viuiscat. Ipse namque supernè  
 incarnat, & proinde incarnatio eius per nos redit in coe-  
 lum. Summa est, sic imaginatur in Baptismo nobis à  
 sancto spiritu carnem effingi, quæ nō sit ex Adami pro-  
 genie nata, quomodo in virginis utero formauit carnē  
 Christi. Quod si virginis carnem non concessit nostrę si  
 milēm esse, quomodo concederet Christi carnem verē-  
 humanam carnem nostrā similem esse, quam ex virgi-  
 ne solū prodijisse, non autem de substantia eius sum-  
 ptam esse contendit? His si adieceris, quæ his verbis scri-  
 ptis, Debet autem caro hæc, (quæ in cœlum consensu-  
 tis) de carne & sanguine Christi esse, quæ de cœlo de-  
 scendit, ac nos quoque per nouam generationem cœli  
 tis, venire oportet in corpus à Spiritu sancto cōforma-  
 tum: Si, inquam, hæc supra dictis subieceris, facilè quid  
 consequatur videbis, nempe aliud esse corpus, in quo si  
 mus in cœlis victuri, ab eo, in quo hic circumambula-  
 mus. Nam puritas, inquit, (quæ cœlesti carni competit)  
 carne ab Adamo propagata inesse nequit, sed in alia  
 Quinto dum dicit nos in hac vita vtrunque corpus cir-  
 cumferre mortale & immortale, manifestè demonstrat,  
 se non de qualitatibus corporum nostrorum loqui, sed  
 de substantia. Nullus enim tam est imperitus, qui cor-  
 pora nostra, dum in hac vita agimus, corruptioni obno-  
 paracelsus  
 beatis duo  
 corpora as-  
 signat, mor-  
 tale & im-  
 mortale.  
“

xia, putet immortalia esse. At non veritus est Paracelsus  
 tuus affirmare. Quapropter duo simul in nobis corpo-  
 ra censuit esse : quorum alterum mortale, alterum im-  
 mortale esset. Libro secundo de generato, clare scribit.  
 „ Beati duo habent corpora, mortale & immortale. Hoc  
 „ corpus non nutriti dicit ex elementis, sed rebus cœlesti  
 „ bus, vt Manna, & aqua ex Petra profluente. Alio loco  
 „ scribit Apostolos miracula fecisse nō per corpus vetus,  
 „ sed per nouum. In hoc sunt, inquit, & ex hoc procedunt  
 „ vires & potestates. Et quamvis vetus corpus adhuc ho-  
 „ sit, tamen non usurpatur. Hic apertè audis in eodem ho-  
 mine duo corpora vetus & nouum eodem tempore el-  
 se. De corpore æterno scitis, scribit alio loco, ipsum effe  
 in Ebron (sic vocat Paradysum) post separationem quā  
 do videlicet per mortem à corpore terreno separatum  
 fuerit. Si ab inuicem in morte separātur, prorsus est ne-  
 cessē, vt prius vñita fuerint. Si queras quale hoc corpus  
 esse putarit, respondebit ipse tibi in fine cap. libri 2. Cor-  
 poræ beatorum talia fore, qualia fuerunt Angelorum,

*Quale cor-  
 pus attribu-  
 at beatis Pa-  
 racelsus.*

qui Abrahamo & Lotto apparuerunt, & quale Spiritus  
 sanctus in columba imagine super Christo sedens in-  
 duit. Nisi fortè malis eum talia intellexisse, qualia trah-  
 buit Nymphis, Feris hominibus, Gigantibus, & simili-  
 bus, aut etiam nuper inuentarum insularum homini-  
 bus: quos omnes negat ex Adamo propagatos natos, q̄  
 esse. Demum affirmat constanter ac repetit s̄ap̄e, cor-  
 pus à Deo patre in prima creatione ex terra effictum, nō  
 visurum cœlum, sed aliud quoddam à filio creatum, si-  
 ue à Spiritu sancto incarnatum. Testimonium expli-  
 mis adducam hic vnicum ex secundo capite lib. secun-  
 di. Quoniam caro mortalis non sinit nos ad cœlum:  
 „ scendere, carnem & sanguinem nouum dedit Christus  
 „ quò in sanguine carneque homo existeret. Creatura  
 „ hæc, qua in cœlos ascendit à filio creata est, nō à Patre  
 cum

cum de corpore loquitur. Quippe caro mortalis à Pa- “  
 tre est, sicut Adamus & posteri eius: qui in id rursum sol “  
 uuntur, ex quo effecti sunt. Filius autem nouum corpus “  
 dedit, in quo resurgere homines oportet. Quis non de-  
miretur vesaniam hominis Deo Patri tacitè vim & po- Deus Pater  
testatem detrahentis creaturas immortales procrean- Paracelso  
d? Si solebat meminisse status, in quo fuit Adamus an non potest  
 telapsum, saltem ex coelorum duratione & immutabi- corpus im-  
 litate intelligere debuisset, Deum potuisse omnia im- mortale  
 mutabilia creare. Quanquam ipse coelum quoq; instar  
 sublunarum mutabile ponat, dum subinde partem ho- creare.  
 minum sideralem in sidera sic resolui dicit, quomodo  
 Elementalis resoluitur in Elementa. Ex omnibus hisce  
 perspicuè cernis, quam non senserit Christianè & piè de- Blasphe-  
 corporum nostrorum resurrectione. Impurissimæ sunt mie ali-  
 blasphemie, quas in hoc libro eruētavit impius Sannio. quoq; Pa-  
 Christus secundum eius doctrinam, non est verus ho- racelsi.  
 mo. Non enim carnem Adami assumpsit. Quare falsus 1  
 erit Paracelsicus articulus fidei nostræ, quo dicitur Chri-  
 stus factus esse homo. Secundo non habuit carnem 2  
 mortalem, ac proinde pro nobis non est verè mortuus.  
 Passum certè carnem Christi vocat carnem immorta-  
 lem. Imo aliorum omnium facit immortalem, eorum,  
 inquam, qui coelostis regni hæreditatem sunt consecu-  
 turi. Tantum per mortem scribit separari hanc à carne  
 terrena & mortali. Sic totius salutis nostræ fundamen-  
 tum eruit, Christum pro nobis mortuum negans.  
 Tertio negat virginis carnem ab Adamo deriuatam, 3  
 cum ab Abrahamo tamen profectam concedat: Quasi  
 hic non ab Adamo propagatus fuisset. Debebat saltem  
 ex 3. capite Lucæ meminisse Christum ex Adami proge-  
 nie ortum fuisse. An non fuit Dauid ex Adami semine  
 prognatus? An non fuit Dauidis filius Christus? At non  
 ex Adami carne, sed ex promissione miraculose natam

4 somniat virginem. Quartò resurrectionem corporū  
 in dubium vocat, quam tantopere defendit Apostolus  
 5 cum tota scriptura. Quintò, flagitosorum & impio-  
 rum animas non minus apud Deum futuras affirmat,  
 „ quam piorum, sic scribens. Deus ex terra & cœlo fecit,  
 „ hominem, ut in corpore cœlestia meditetur, inq; éore:  
 „ demptorem suum conspicetur. Si aliter fecerit, reddit spi:  
 „ ritus ad Deum, homo autem pergit, quo pergere à Dco  
 „ iubetur. Omitto iam leniora errata, & quæ non perinde  
 6 labefactant adeoque euertunt salutis nostræ fundamē-  
 tum: quanquam negata omnipotentia in Patre huc e-  
 tiam pertineat. FVR. Quæ huc usque recitasti pecca-  
 ta excusari omnia possunt, si per carnem mortalem &  
 immortalem dicatur intelligere voluisse hoc ipsum,  
 quod Apostolus voluit ac docuit. Evidem negare non  
 potes, quin aliquādo saltem recte hac de re sit locutus,  
 cum præsertim Iebi testimonium probet. ER. Nihil  
 certè magis velim, quam omnia eius scripta piè exponi  
 posse. At non sinit ille nos, quod cupimus, facere. Non  
 inficias ibo, non nunquam sic ipsum loqui, ut recte sen-  
 fuisse censeri possit, si non toties contrarium repeteret.

*Sententia Sancè Scriptoris cuiusq; sententiam iudicamus eam el-*  
*Scriptoris se, quam crebrius repeti, inculcari, vrgeri, assuerari vi-*  
*creditur et demus. Si semel dixit in hac re Paracelsus, quod pium*  
*je, quam et sensum recipere possit, decies contrarium assuerauit,*  
*pius repe- rationibusque probare tentauit. Taceo quod plerum-*  
*tit, que, cum recti aliquid dicere videtur, ita obscurus est,*  
*vt, quid voluerit, percipere nequeas, nisi ex alijs senten-*  
*tis cogitationes auctoritis. Ergo cum falsa & impia cre-*  
*brius, apertius, maioreq; contentione verborum & ar-*  
*gumentorum affimet, cogimur credere eum à verita-*  
*te & conscientia vietum rectius interdum scribere vo-*  
*luisse, at non potuisse. Sæpius iam dixi, fatale ipsi fuisse*  
*in vna sententia nunquam permanere, sed fœde sibi con-*  
*tradi-*

tradicere. Si ex vera sententia, quæ ei fortè excidit aliquid per incuriam, dum ad suas hypotheses non sat attente respiceret, de mente hominis iudicandum putaueris, præcisa est nobis omnis disputandi occasio. Etenim hoc me demonstrarum liberè recipio, (& qui dem calege, vt si non præstem, quiduis patiar) nihil ab eo reprehensum in alijs, quod aliquando ipsem non affirmat. Quare si hoc valere debet, desijt esse nouæ Medicinæ inuentor, aut iam diu ignoratae instaurator. Si non valeret hoc vis, quid superest aliud, quam vt hoc eum sensisse fateamur, quod sæpius & constantius assertum? Quo posito, verè accusatus à nobis est illorum scelerum & blasphemiarum, quas nuper enumerauimus, & nunc quoque indicauimus. Testimonium Iobi sic admittit, vt eum putet intellexisse de carne alia ipsi à filio circumdanda, quæ non sit ex substantia carnis Adami, si ue terræ. Etenim in citato superius quodam loco affirmantem audiuisti, carnem hanc nostram repurgationē nullam recipere, glorificationisque capacem non esse. Non igitur id concedit, quod tu putas, quodque Apostolus vrget, τὸ Φθαρτὸν τέτο, τὸ θυητὸν τέτο. Non enim vult hanc mortalem carnem reddi immortalem, sed a liam quandam carnem singit. Hac de causa in morte hanc ab illa secludendam, & utrunque pios simul eodemque tempore possidere ait. Prophetia Iobi, inquit, non loquitur de carne ex limo terræ facta, sed de futura nouæ generationis carne de Spiritu sancto concepta. Item, lobum loqui de carne vitæ, non de carne mortis, quæ ab Adamo propagata sit. Quid porrò dixeris, si ostendam eum animam ratione præditam mortalem ponere? F V R. Non tibi credo. ER. An non per hunc librum millies dicit hominem à Deo sic creatum, vt in eo duo corpora copularit, quorum alterum ex Elementis conflarit, alterum ex astris coccinnarit? Non ex luto,

Quicquid  
in alijs dars  
nauit Para  
celsus, hos  
ipse aliquā  
do affirma  
uit.

Testimoniu  
lobi de Re  
surrectiōc  
quomodo  
exponat Pa  
racelsus.

Paracelsus  
facit animā  
ratioē prae  
ditam mor  
talem.

inquit, factus homo est, sed ex quintis essentijs Elementorum & siderum. Huic composite inspirauisse Deum deinde spiritum vita scribit, ut ex duobus corporib. & spiritu vita compactus sit homo. Per mortem autem an non toties asserit corpus terrenum in terram, siderale in sidera redditurum? An non constanter affirmat vtrunque hoc corpus mortale esse? FVRN. Fateor, sed quidex his concludes? ERA STVS. Hoc, quod dixi, Mensem humanam esse mortalem. FVRN. Mirabilis consecutio. ERA. Corpus ex sideribus con-

*Corpus si  
derale, est  
sensus, mēs,  
& ratio.*

fectum Paracelso nihil est aliud quam sensus, ratio, & intelligentia, quæ in homine insunt: nec aliam in eorationem humanam ponit. At hæc nihil aliud sunt, quam anima. Ergo dum siderale corpus facit dissolubile, quod anima est humana, ipsam animam facit mortalem. FVRN. Quomodo dicis corpus siderale intellectum esse? ERA. Paracelsus tuus in libro de Scientia Astronomica, & præsentis operis libro primo, capite se- cundo hæc habet. Deus hominem sic conformauit Ex-

„ traxit essentiam, ex quatuor Elementis, & præterea ex „ astris essentiam Sapientiæ, Scientiæ, Intellectus. Vtran- „ que hanc essentiam Elementorum & Astrorum rede- „ git in unam massam, quam Scriptura limum terræ no- „ minat. Et nonnullis interpositis, addit. Scientiam „ hominem ex duabus constare partibus, quarum una ex „ Elementis caro & sanguis facta est: altera ex astris defun- „ pta est, nempe sensus & cogitationes. Item, Ex parte & „ matre nihil generatur intelligentis substantiæ, sed è lo- „ lo firmamento manat. Item libro secundo, capite pri- „ mo, Spiritus siderum, qui de cœlo venit, est in homine „ ratio & sapientia terrena, nihil de carne & sanguine „ terrenis participans, sed ex firmamento prodicens: qui „ in homine inest, sicut spiritus absque corpore, atta- „ men in figura imaginis humanae. Ideo triplex in ho- mine

mine inest Sapientia: Bruta seu carnalis: Sideralis, hoc  
est, ars & intelligentia seu ratio humana: & Diuina,  
quam Deus homini in conceptione largitur. Sic in pri-  
mo Archid. ait ex duobus constare hominem corpori-  
bus, ex Naturali, quod caro sit & sanguis, atque spiritua-  
li (quod in hoc loco aeternum esse scribit) quod auditu,  
gustu, aliosque sensus homini praebat. In lib. de Sci-  
ent. Astronom. contradicit huic loco, quod videlicet aet-  
ernum sit corpus coeleste sic scribens. Corpus siderale  
hominis tandem putreficeri quoque ac mori oportet. Si  
plura cupis, repieres toties ab eo affirmatū, quoties vo-  
les, omnes artes, scientias, omnem sapientiam & sci-  
entiam ab astris venire in hominem. In fragmento de sen-  
su & instrum. haec habet. Est igitur sensus homo, & ho-  
mo est sensus. Quinimò Solomonis quoque Sapientiā  
desideribus deducit, de inclinatione loquens: quam ta-  
men in Praefatione quarti libri fatetur à Deo datam: vt  
nusquam sibi constet. Solomonis  
Sapientia  
unde ipsa  
data. Quidam loco libro primo sic  
scribit. Sicut cibus nutrit corpus recreans ipsum sanguine  
nemque cum carne suppeditans, ita mundus exterior  
homini omnem rationem, artem, & sapientiam submi-  
tunt, nec quidquam horum ex peculiari Dei dono p-  
recipiscitur, sed ex Naturae lumine. Et mox, Si quis in astris  
promanare, non negabo de Sapientia, qua nobis para-  
tur aeterna vita. At humana seu animalis Sapientia à Na-  
tura inest. Vides quid ex insana insanii hominis doctri-  
na, quam vos in celum tollere laudibus impiè studetis,  
consequatur? FVR. Mira res est. Toties animam ponit  
immortalem, & à Deo infusam, & nihilominus his omis-  
fis, arripis, quod vituperare possis. ER. Tua causa facio,  
ne in errorem labaris, sed videoas, quam nihil nisi in hoc  
homine fuerit. Semper enim pugnat secum: aperte ple-  
rang, interdum obscurè contrarium docet eius, quod

verbis affirmat. Taceo iam confusionem verborum & rerum incredibilem nullisque temporibus auditam. Vide quæso hac ipsa in re quam sit varius. Hominem componit ex tribus, corpore Elementali, & Siderali, atque Anima. Mox dicit duos præterea in eo inesse spiritus. His non contentus adiicit tertium, ut sic insint spiritus terrenus, fidelis, & animalis. Etenim cum vbiique ferè spiritum & animam pro eisdem ponat, alio loco explicate dicit, aliud esse spiritum, aliud animam. Aliquando hanc, aliâs illum à Deo inspiratum, & ad Deum redire afferit. Hunc spiritum aliquando corpus esse ait, ut in fine cap. 1. lib. 1. Duo nutrimus corpora, Vnum ex terra, alterum ex Christo desumptum: illud à patre, hoc à filio. (Nisi fortè loquitur de corpore immortali.) Et sideralem spiritum cum vbiique corpus nominet, in loco paulo antè citato dicit absque corpore esse, ac tantummodo retinere effigiem figuræ humanæ: cuius sententia absurditas tanta est, ut maior excogitari vix possit. Hunc spiritum, quem hic dixit esse rationem, intellectum, & sapientiam humanam, alibi Euestrum nominat,

**Euestrum** & in hoc libro post mortem apparere scribit, ac docet homines mirabilia. (Si plura, & quidem expressè cum verbis Mosis & Christi pugnantia de his ipsis mortuorum spectris videre desideras, legi libellum de animab. post mortem apparentibus ab eo scriptum.) Anima, dicit, est caro & sanguis: & in his esse cogitur. Item, Anima est in corde hominis: & anima est ipsum cor hominis. Sic

**Dua in homine** alibi. Vita est anima, non caro, nec in carne: sed est anima, & in anima: & anima est ipsa vita. Tales locutiones me. valde sunt apud eum frequentes. Quinetiam duas in

**Ex quo** homine animas ponit, capite tertio his verbis. Notandum insuper duas esse in homine animas, æternam, & naturalem seu vitalem: quarum haec morti est obnoxia, illa immortalis manet. His si adieceris carnem immoralem,

Inconstatiæ  
Paracelsi  
exempla-  
liquot.

**Euestrum**  
Paracelsi.

**Dua in ho-  
mine Ani-  
me.**

**Ex quo**  
**partib. Ho-**  
**mo Paracel-**  
**so composi-**  
**tus fit.**

talem, cōstabit homo cōlum possessurus ex tribus cor  
poribus, Elementali, Siderali, Cœlesti: duabus animab'  
æterna & vitali: Spiritibus quatuor terreno, Siderali, ani  
mali & Diuino. Sic monstrum tricorporeum hominis  
habebis ex partibus nouem compositum. FVR. Nolo  
de his audire plura: pergamus ad sequentia. ER. Quid  
dicam nescio. Non credo à cōdito mundo extitisse, qui  
æquè sceleratē confuderit omnia. Astrologiam contra  
omnem omnium seculorum & hominum opinionem  
diuidit in partes quatuor, in quibus tractat Theologici  
cas: imaginationis & fidei, vt ipse vocat, & Dæmoniaca  
sēu quæ ad inférros pertainent. Quis vñquam sub hoc So  
le vixit homo non furiosus, qui harum rerum adeo dis  
crepantium considerationem vni arti subiçceret? Sed  
nec sibi ipsi constat. Quippe alibi Astrologiæ facit quin  
que species, Diuinatoriam ab his quatuor distinguens.  
Et cum humanae ab ipso vocatae alibi ponat species 7.  
hic ponit 9. Sic Magiæ alibi 5. hic 4. species enumerat: i  
5. ponat Necromantia 4. tantum partes recenset, cum hic  
huc fuit, (nisi voluit dicere Necyomantiam) alibi pror  
fus omisit, hic in species 14. diuidit. Astrologiæ Diuina  
trici alibi tres species tribuit, hic in 13. dispersiuit. Sed pi  
get reliqua commemorare. Libet solum breuiter recen  
sere argumenta, quibus homo uanissimus se nobis Ma  
gian cum suis speciebus probare potuisse putauit: si ta  
men adeo fuit démēs, vt se probare crederet, nec ex cer  
to consilio omnem euertere veritatem pietatemque

*Apocalyp  
sim solus  
Magus in  
telligit.*

deliberatum habuit. Quod Apocalypsim atque signa  
in Sole ac Luna apparitura intelligi ab alijs nullis, quā  
à Magis scripsit, indignum est, quod à nobis refutetur.  
FVR. Loquitur non de Magis à stellis naturalibus pro  
creatis, sed de illis, quos cōlum supernaturale genera  
uit. ER. Non ausus est absque hac correctione dicere,

Fundamen  
 tu, quo ne-  
 farias artes  
 probat Pa-  
 raceljus lici-  
 tas esse.  
 quod voluit. Certum est eum de Magia intellexisse, quā  
 in hoc libro tradit: cuiusque virtute etiam secretas ani-  
 marum cogitationes cognosci ait. Sed ad rem Funda-  
 mentum, cui superstruit omnia, hoc ponit Nihil occul-  
 tum esse, quod non sit reuelandum Ex hoc cōcludit ho-  
 mo acutissimus & pestilentissimus, Magiam, Necromā-  
 tiā. Artes omnes Diuinatrices, & quicquid usquā Ca-  
 codæmones excogitarunt impiarum ac superstitionarū  
 rerum, à Deo mortalibus concessas permisssasq; fuisse.  
 Et quis pius æquo animo ferat sceleratam hanc auda-  
 ciā in exponendis oraculis Diuinis? Ego certe ita non  
 nunquam commoueor talia legens, vt multa abīsq; sce-  
 lere me percensere non posse mihi persuaserim. Argu-  
 mentatio eius talis est. Christus dixit occulta re-  
 uelanda esse. Omnes igitur illæ artes, quæ occultarum  
 rerum manifestationi seruiunt, licet sunt & laudabiles.  
 Iamverò ad occultorum patefactionem & inuestigatio-  
 nem, conducibiles sunt omnes hæ artes: Magia, Necro-  
 mantia, Sciomantia, Auguria, Astrologia, Geomantia,  
 Somniorum visio & interpretatio, Sortilegia, & aliæ se-  
 centæ huius generis. Omnes ergo probat Deus. Et proin-  
 de desipiunt Theologi atque alii, has, vt malas & illici-  
 tas, vituperantes. Sic quæ Christus de salutiferi verbis  
 sui prædicatione, & cordium ac peccatorum nostrorum  
 manifestatione dixit. detorque impurus Sannio ad sta-  
 biliendas artes Diabolicas contra manifestum Diver-  
 bum. Probationem aliam nullam adfert, quam nunc ex-  
 positam: quam in hoc libro sèpius inculcatam repertis:  
 non in hac forma quidem, his tamen verbis. Ceterum  
 Magis defi Magiam sic definit. Artē esse deducendi vires astrorum  
 nitio à Para in res certas, vt sigilla, verba, characteres, Imagines, figu-  
 celso tra-  
 ditæ. ras, &c. per quas deinde Magus mirabilia faciat. Ponit  
 enim in sideribus inesse vires miraculorum quorumli-  
 bet: quod supra resolutius. FVRN. Moduni dedu-  
 cen-

cendi nescio an obseruaris. ERA. Exemplo Crystallo-  
rum & speculorum cauorum, in quibus radij Solis ita  
coguntur, ut somitem proximè positum inflammet,  
declarat. FVR. Intellexi cœlum hisce viribus carere.  
Quod tametsi non scirem verum esse, tamen mihi hæc  
ratio non satisfacceret. Quoniam speculum tale non læ-  
dit aut vrit, nisi res illas, in quas radij diriguntur. Et hæc  
linea singulis momentis ferè mutatur pro Solis motu.  
Item interposita re quapiam nihil agit. Item non po-  
test speculum in quamlibet partem verti, vt ea vi præ-  
ditum sit, sed opponi solum radijs è Solis corpore e-  
iaculatis oportet. Adde quod non possit homo sci-  
re, quando imaginem, figuram, characterem, rectè ob-  
uertat sideribus: quorum vires recipere velit. In So-  
le oculis & tactu iudicare possumus: in aliorum astro-  
rum radijs nihil est sensibile. Denique virtus hæc vix  
momento duraret, quemadmodum vel speculo pau-  
lum dimoto, vel Sole progrediente non eadem pars à  
coadiuvis radijs feritur. Quocirca nugæ nihilominus  
forent. Sanè ex collatione nostra didici nihil in his re-  
bus iesse veri. Sed velim tamen audire, quibus ratio-  
nibus Magiam priuatim astruat, hoc est, quomodo Ma-  
gos rerum transmutationes veras perficere, atque alia  
miracula edere probet. ERASTVS. Argumen-  
ta adfert se digna: hæc nimurum. Artifex potest li-  
goa varie figurare. Ergo & Magus rerum naturas  
pro libidine sua transmutare valet. Figulus testam-  
2 fingit & refingit pro arbitrio. At quam rationem figu-  
lus habet ad lutum seu testam, eam Deus habet ad res  
creatras. Magus autem vicarius est Dei ad hanc rotam  
sedens. Ergo pro libito suo res transformat. Natura 3  
præclaris viribus ornauit herbas, lapides, & res alias.  
Magus vicem gerit Naturæ, quæ non vbiique potest  
herbas, lapides, & res quilibet procreare. Ergo, ut vbiq;

Argumēta  
Paracelsi  
pro Magia

essent omnium rerum vires, voluit Magum easdem in-  
dere facultates in verba, figuris, characteres, &c. Terra  
4 plantis impertit vires admirabiles. Ergo coelum ea-  
dem habet. Magus igitur cœlo potentior deducere po-  
tens in verba & imagines eadem efficiet. Quod autem  
astris imperare queat homo, ex hoc scripturæ loco pro-  
bat. Vos Dij estis, &c. Quicquid Elementale corpus po-  
test, hoc etiam potest spirituale corpus: & quidem lon-  
gè facilius, expeditius, celerius. Ceterum Elementale  
potest vna die multa miliaria conficere: potest amicū  
per literas de suis cogitationibus certiorem facere, li-  
cet pcul absit: aus per aerē volare potest, quo vult, &c.  
Ergo & spirituale corpus per aerem volare absque alii  
amico quod vult significare absq; literis, longissimum  
spacium breuissimo tempore percurrere potest. Magus  
enim corpore spirituali seu imaginando potest rebus  
quibusuis facultates donare, quas in Phantasia forma-  
uit. Quinimò cogitationes plus possunt astris & Ele-  
mentis: nouum fabricant cœlum, nouum firmamen-  
tum, nouas vires, ex quibus nouæ prodeunt artes. Vo-  
cat hic quoque Magos Sanctos, naturales, vt qui pe-  
naturæ vires prætent, quod Sancti Dei homines pote-  
state Diuina perfecerunt. Allinit blasphemiam supra-  
citam de potentia discipulorum superante potenciam  
Christi, si fidem habeant. Magiam ab homine docri-  
posse, constanter negat, & ex solis astris disci affirerit: pau-  
lo pòst Magum posse alium perfectissimum Magum  
parere per scientiam suam asseuerat. Acerbè in Theolo-  
gos inuehitur has artes condemnantes velut Diaboli-  
cas: Eisdem his cordis secreta cognosci ait: vt etiā Ma-  
gicorum seru-  
taores. γνώσης deinceps credatur. Ficum quoque, cui Christus  
maledixit, Magicè, id est, vi Magica exaruisse ait profa-  
nus Nebulo. Magicum etiam fuit, ipso iudice, quod  
Deus

Magi cor-  
dium seru-  
taores.

γνώσης deinceps credatur. Ficum quoque, cui Christus  
maledixit, Magicè, id est, vi Magica exaruisse ait profa-  
nus Nebulo. Magicum etiam fuit, ipso iudice, quod  
Deus

Deus Solem firmauit. Ios. decimo. Non minus impie  
censet à mortuis nos discere posse, contra apertum Dei  
mandatum. Deuteronomij decimo octavo. In fine libri  
secundi, audet hoc etiam affirmare, Deum esse Ma-  
gum, hoc est, alios facere Magos: Item Necromantem,  
quia videlicet subiectum Necromantiæ proponat seu  
creet. In summa nihil est in toto scripto sani & boni. Si  
alibi dedit operam ut in saniret, hic furorem simulauit,  
aut re vera insanijt. In ultimo libr. fatua multa adfert: in  
ter cetera totum orbem ab hoc Sole illustratum ait es-  
se infernum. Spiritus malignos affirmat nouisse simili-  
cia, ex quibus compositis efficiant grandinem, toni-  
tria, tempestates. Ut enim ædificator seu faber mu-  
tariorum nouit ex quibus rebus construat murum, sic ipsi  
norunt, Paracelso authore, quomodo excitandæ sint  
omnis generis tempestates. Longè aliter Ieremias lo-  
quitur, cum dicit. Nunquid sunt in cæterarum gen-  
tium vanitatibus (id est, vanis Dijs,) qui pluant, effici-  
antque vt coelum det imbræ? Nonne tu is es, Ichoua  
Deus noster, in quo horum omnium auctore spem ha-  
bemus? Rogo te, quis vñquam sic desipuit, vt medica-  
mentorum viribus cieri posse tempestates, coelumque  
cogi putare? Multe nunc Striges in præsente aeris fisci-  
tate suis agris pluuias expectarunt. Cur ergo eas non  
docent, quibus herbis procurari possint? Ridiculum  
est, quod eosdem nascentibus figuram genituræ con-  
struere, (adhibito fortassis Astrolabio aut quadrante)  
affirmat. Quod miraculorum & Diuinationum autho-  
res facit coelum, iam confutatum fuit. Quin ipse quo-  
que dicit, solum Deum futura nouisse. At ne in verita-  
te permaneat, mox addit, artes eum dedisse, quibus ea-  
dem præcognoscere homines possint. Quid absurdius  
potest dici? Sic solum Deum artem fabrilem tenere di-

cemus: fabrum esse nullum præter Deum, exceptis illis, qui artem perdidicerint. Quia nihil, inquit, est occultum, quod non reuelari oporteat: & occultissimum est, quicquid futurum est, duæ sunt viæ talia prospicendi, vna naturalis per Astronomiam, altera sublimior, per vires naturalibus maiores. Si duæ viæ sunt, non solus Deus patefecit, sed cum Deo artes. Quid quod originem & caussam Diuinationis ait esse corpus Sidérale, quod expeditum ab Elementali colloquatur cum astris, & ex his futurorum prænotionem hauriat? Sceleratè ab eo affirmatur, Deo gratum esse, vt in artibus Diuinatricibus nos oblectemus, captemus somnia, obseruemus auguria, notemus auspicia, colamus reliquas ariolations. Etenim tanta severitate tam s' pè repetito mandato Deus prohibuit, vt vix credam i-  
psummet Cacodæmonem negare audere. At inuenit tamen belluam, quam nihil pudet hoc affluerat. Inuenit insuper, qui eadem probent, plausibus excipiunt, laudent, ad cœlum tollant, diuina esse prædicent, alijs obtrudant, in publicum emittant: imò qui excellenter à Deo illuminatum, Germaniæ decus, & tantum non Deum esse harum blasphemiarum architectum declamitent. In Epilogo primi libri quatuor enumerat sanandi rationes, Naturalem, Diuinam, perfidem, (quam bipartitam facit, quatenus vel in Deum, vel in Diabolum feratur) & per Diabolas. Quis horribilia vidit, legit, audiuit, somniauit, inter Christianos natus, & in clara renati Euangeli luce educatus. FVRNIVS. Satis multa de his audiuimus. ERASTVS. Quæ restant in hoc partu monstro (faxit Deus, vt postremus inter illos sit, in quibus de Religione insertæ habentur disputationes) de Elementis, de Meteoris, de hominis natura & partibus, de artium origine

PARS PRIMA.

267

rigine & Doctoribus in proxima collatione excutie-  
mus. Hæc non ob aliud tam verbosè nunc recitaui,  
quam vt , qui hæc aliquando sunt lecturi , perspiciant,  
nobis neque blasphemias neque portentosos errores  
illos vñquam placuisse. Videant qui hæc propa-  
gare student , quid cum hominibus ,  
tum Deo aliquando sint  
responsum.

F I N I S.

L 2

INDEX IN HANC PRI-  
MAM IN PARACELSV M  
partem.



- |  |            |   |
|--|------------|---|
| Bsurdā prorsus nō sunt<br>argumentis refallen-<br>da.  | 2          | de imaginum magicarum uiribus<br>162<br>eiusdem consitatio-               |
| Accidentia non migrat<br>ex uno subiecto in aliud      | 110        | Alchindi opinio de imaginatione<br>54                                     |
| actionum cœli exempla                                  | 27         | Algazeli opinio de imaginatione<br>ibid.                                  |
| actio creatoris & creature quomo-<br>do differat       | 11         | Almadal Arabs   |
| actio omnis fit per contactum                          | 66         | Amatores an se mutuo aspectu affi-<br>ciant                               |
| actio sola transiens extra agens ope-<br>ratur         | ibid.      | Amuletis quomodo Demones curat  |
| actiones quot modis illicitæ esse pos-<br>sint         | 203        | 186. & 189.   |
| Adamas facile in scobem redigitur                      | 197        | Angeli ut uincant alias causas natu-<br>rales                             |
| de Adumi creatione blasphemia Pa-<br>racelsi           | 24         | Anima, aliena corpora non moue-   |
| Adamus non est omnium hominum<br>parens Paracelso      | 244        | 84 de eius uita propemo-<br>dum dubitat Paracelss                         |
| Adamus unde tam longeius                               | 47         | cum corporibus copulata manu<br>secundum Paracelsum usq; ad re-           |
| Aegyptiaci magi  | 39         | surrectionem 251  |
| Aegyptiacorum magorum serpen-<br>tes an ueri fuerint   | 40         | Deum redibit iuxta Paracelsum<br>quia sola à Deo uenit.                   |
| ex Aere generatae creaturae mirabi-<br>les Paracelsi   | 17         | animæ oës tā impie q̄ pie apud Deū<br>erunt iuxta Paracelsum              |
| aeris temperiem & intemperiem so-<br>lus Deus creat    | 195        | duæ sunt in nobis iuxta eundem<br>pus                                     |
| Affectus naturales quomodo indu-<br>cantur & tollantur | 187        | anima ea solaregit que informal &<br>uiuificat                            |
| Albertus Magnus magus                                  | 163        | anima est caro & sanguis Paracelso<br>anima rationalis Paracelso mortalis |
| fabulosus 49 eiusdem fabu-<br>la de duobus fratribus.  | ibid.      | 252   |
| idem notatur 111 eiusdem                               | 257. & 259 | 257. & 259  |

# I N D E X.

- Animæ non potest uti quibuslibet sp̄i-  
 riib⁹ 86 Paracelsi de eadem sen-  
 Antipathēas & Sympathēas ocul-  
 tas plerasq; fabulosas 187 tentiæ bone 233 male 234  
 appensa substantia quid iuuent 188 astrologia falsa est & impossibilis iu-  
 appetitiones grauidarum 83 astrologia fundamentū et clavis o m-  
 appetentia quæ consideranda 88 nium superstitionum artium 230  
 Apocalypsin solos magos intelligere 90 cur eam quidam cum medicina cō-  
 secundum Paracelsum 260 iunxerint 140 de eadem En-  
 Apuleius 26 astrologi intollerabiles, abiectius de-  
 ex aqua generate mirabiles Paracel-  
 si creature 17 uero Deo sentiunt quam Ethnici  
 aque zelotypiæ Exod. 175. & 176 de suis dijs. 230  
 Aristoteles an autor libri de Mundo 26 Astronomia principium religionis Pa-  
 ne explicatus 68 racelso 243  
 imaginatione 58 Athalaricus rex Gothorum 212  
 ne sententia 25 Augerij Ferrerij de uerborum ui sen-  
 phia sua de Deo paucadixerit 28 tentia, & eiusdem confutatio 179  
 opinio de sensione reprobata & Auicennæ opinio de imaginatione 54  
 confutata 74 cur orbibus argumenta pro imaginationis po-  
 celestibus præfeccerit intelligenti- testate refutata 113. & 115 eius  
 ties 22 hypotheses false. 116  
 Ari in imagine solam superficiem mu-  
 tari 160  
 tri medica operatur miracula Para-  
 celso 45 ciusdem confutatio  
 nis 22  
 astrini naturæ 160  
 astris hominæ imperare unde probet  
 Paracelsum 264  
 ab astris generantur porci, asini, etc.  
 iuxta Paracelsum 243  
 astris plus possunt cogitationes, iuxta  
 Paracelsum 254 de Astrologia diuinatrice disputatio
- 229 Paracelsi de eadem sen-  
 tentiæ bone 233 male 234  
 astrologia falsa est & impossibilis iu-  
 xta Paracelsum 21  
 astrologia fundamentū et clavis o m-  
 nium superstitionum artium 230  
 cur eam quidam cum medicina cō-  
 iunxerint 140 de eadem En-  
 nij carmina 230 quot eius  
 sint species Paracelso 261  
 astrologi intollerabiles, abiectius de-  
 uero Deo sentiunt quam Ethnici  
 de suis dijs. 230  
 Astronomia principium religionis Pa-  
 racelso 243  
 Athalaricus rex Gothorum 212  
 Augerij Ferrerij de uerborum ui sen-  
 tentia, & eiusdem confutatio 179  
 Auicennæ opinio de imaginatione 54  
 argumenta pro imaginationis po-  
 testate refutata 113. & 115 eius  
 dem opinio de datore formarum  
 22 hypotheses false. 116
- B
- B** Aprista Portæ magia qualis 54  
 de Basilisco 92  
 Bessarion Cardinalis 26  
 Blasphemias sub poena capitis non es-  
 se spargendas 25
- C
- C** Adauera quomodo faciat mi-  
 racula 44  
 Carmimum recitatio in herba  
 rum collectione impia 190  
 Cancri cur Luna plena carnosiores  
 redduntur 232  
 Carnis nostra due sunt species Para-

# I N D E X.

- celso 271  
 de Carnis libertate Paracelsi opinio 249  
 Causa communis causa est adiuuans tantum 149  
 causa communis est natura 148. & 149  
 causa dissimilis dissimili modo re eadem afficit 10  
 Cerdonis heres 29  
 Ceremoniarum uires & usus 134  
     non debet nec possunt seruire magis. ibid.  
 Characteres, uerba & imagines magicæ, Christianis non usurpantur,  
     160 & 162 in iisdem esse occultum cum diabolico pactum. ibi. & 181  
 Christus nullum sanavit insanabile morbo affectum iuxta Paracelsum 46  
 Christus Paracelso non creator sed se parator 24 sic natus est de uirgine ut uinum de uase depromitur. 252. & 253  
 Christus maledixit sicui magice iuxta Paracelsum 164 carnem ex Maria non assumit 247 peccator fuit iuxta eundem 25  
 Cœlorum munus 156  
 cœlum ut agat in hæc inferiora 131  
 cœli uires ex sacris literis 131  
 cœli & siderum uires quales sint 131  
 cœli actionum exempla 27  
 cœlestis uirus rebus naturalibus idem quod corporis membris ui- talis uirtus ex corde 161  
     cœlum miracula efficit Paracelso 48  
     cœlum uires admirandas non confert terrenis 148  
     Cogitationes plus possunt iuxta Paracelsum quam astra 164  
     conseruatio mundi est creationis per petuatio quædam 164  
     conseruatio & creatio idem. ibid.  
     contagio nemo alterum afficeret potest nisi ipse prior qualitate tali affectus fuerit 164  
     contagiū ei fascinum ut differant 99  
     contingentia nullo modo à nobis sentiri possunt 165  
     & 219  
     constellationum obseruatori adiunctas sculpendas peccant in Legi Dei, 165  
     Corporæ substanciali in incorpore non agunt 165  
     corpus siderale Paracelso, quid 258  
     corpus mortale nullo modo sunt 258  
     test immortale Paracelso 252  
     corpora beatorum qualia sunt Paracelso 254  
     corpora duo in hac uita circumfribus secundum Paracelsum 254  
     corpus hoc terrenum non redditum immortale, sed aliud quoddam cœlius demissum iuxta Paracelsum 254  
     corpus

# I N D E X.

corpora nulla iuxta Paracelsum nisi que eiusdem cum corpore Christi substantiae sunt cœlum ingressura	discrimen	34
<sup>253.</sup>	creatae uires quid possint in re qualibet efficere	37
corpora duo in eodem loco Paracelso non absurdum.	creati non sumus à Deo iuxta Paracelsum, sed à deunculis mortalibus.	
de Creatione Paracelsi opinio examinata apag. 3. <sup>o</sup> usque ad	prauis & iudicio nobiscum subiectis	20
de Creatione Scholasticorum sententia, & definitio eiusdem	creature insensibiles Paracelso ex materia prima factæ	24
Creatio duas habet conditions	creature mirabiles Paracelsi ex singularis elementis generatae	17
creatio duplex	creature rationales iuxta eundem sunt in omnibus elementis & incertum est quibus patefacta sit uia ad salutem.	ibid.
creatio mundi an momentanea fuerit	creatæ res ad malæ coguntur Paracelso	20
creatio momentanea glorioſior uide tur	<b>D</b> emonū opera an salua pice uti posimus	182
creat Deus adhuc quotidie	Dæmonum potestas quanta	
creature & creatoris actio quomodo differat	195. & deinceps	
de Creatione sententia Paracelsi	dæmones quæ facere possint	42.
eiusdem de creatione mundi error	& 52.	
creatio Paracelso est separatio	dæmones in lapsu naturam retinuisse	195.
cine de creatione Adami blasphemia	dæmonum miracula qualia	36
creatio & conseruatio re sunt idem	dæmones quare aliquando obseruent Luna mutationes	165
de Creatione disputationis conclusio & summa	dæmon nullus uerè mortuum excitatuit	38.
creatoris dignitas & maiestas unde estimanda	dæmones qua ratione amuletis & similibus curant 186. & 189 quo modo aliquando futura prædicant	
creaturæ materia absolute & secundum quid	227 diuinationis autores 226.	
creatuarum & miraculosarum rerum	& 227 magia inuentores 180.	
	& 138	

## I N D E X

- |   |  |
|---|--|
| Deus solus materiæ dat potentiam  |  |
| Dei iussus, est natura, virtus forma-<br>trix, & rerum potentia   | 121  |
| Deus pater secundū Paracelsum cor<br>pus creauit mortale, Filius uero<br>immortale                                      | 254. & 255   |
| deorum discriminem iuxta Paracelsum   |  |
| Diabolo cur Deus quedam permittat   | 20   |
| diabolus Dei instituta imitatur. ibid.  | 161  |
| diabolicis remedij qui utitur quo tu<br>pliciter peccet   | 185  |
| diaboli opera non esse utendum. ibi.  |  |
| diaboli miracula per fidem faciūt iu-<br>xta Paracelsum   | 43   |
| à Diabolo obfessi nō semper sunt ma-<br>li  | 209  |
| Dialectica est peccatum in Spiritum<br>sanctum Paracelso  | 244  |
| Dies & horas an eligant medici  | 146  |
| dies & horas obseruare in Lege Mo-<br>sis quid significet   | 147  |
| Divinatio quid & unde dicta   | 226. et<br>216. & 218  |
| circa qua uerse<br>tur  | 217  |
| à Dæmonibus inuenta   |  |
| 226. & 227 à Prophetia quid<br>differat   | 220  |
| de Divinatione Paracelsti senten-<br>cia  | 227  |
| divinatio ab imaginatione non po-<br>test proficiunt  | 112  |
| divinatio ab omnibus gentibus diis at-<br>tributa   | 222. & 223   |
| divinandi artes cur à diabolo inuen-<br>te  | 221  |
| earundem divisio  | 222  |
| E   | Effectus singularis à causa fa-<br>muli, communis a com-<br>muni |
| Effluvia corporū nostrorū quid sunt   | 231  |
| Elementa omnia habent creaturis<br>ratioales & incertum est quibus<br>patefacta sit uia ad salutem, iuxta<br>Paracelsum | 103  |
| elementorum separatio ex prima ma-<br>teria, iuxta Paracelsum   | 17   |
| de Elementis & corum principijs at-<br>gumentum Paracelsti  | 16   |
| elementa Paracelso ex Angelis fuit  | 14   |
| Embryo non est sicut dicunt cor-<br>pus   | 55   |
| Ennii de Astrologia carmina   | 310  |
| Ephesia nomina  | 311  |
| Error communis  | 31   |
| errores publicè noxijs reprehendo-<br>di  | 30   |
| Essentiae uires permanentes non sunt<br>separabiles   | 34   |
| Iesus pomii Adami Paracelso quid  | 24   |
| Euestrum Paracelsti quid  | 44. & 260  |
| euestra prophetas faciunt Paracelso   | 45   |
| euestra non faciunt miracula  | 39   |
| F   | Actiosi  |
| F de Fascino disputatio   | 9  |
| de Fascino disputatio summa   |  |
| 108   |  |
| Fascinū à contagio ut differat  | 98. &<br>99  |
| ab incantatione ut diffe-   | 1d   |

# I N D E X

- fascini uebiculum an sint spiritus 107  
 fascinationis tres modi 100. C 130. C 104 99  
 de Fascino Pluriarchi opinio refutata 97  
 Ferdinandi Imperatoris de Paracel-  
 so elogia 236  
 Fere cur uerbis aliquid capiantur 175  
 Elcini de uerborum ui opinio 177  
 Fides miraculosa Paracelsi 43. C 44  
 fides robur dæmonum Paracelso 43  
 fidei & imaginationi eadem tribuit  
 Paracelsus in miraculis edēdūs 58  
 Fetus quando potissimum signetur 81.  
     unde signetur 87  
 Formam subiecto dare quid 9  
 forme unde rebus dentur iuxta Plato  
 nem 22  
     ibid. iuxta Auctiennam  
 formatrix virtus est Dei iussus 121  
 formatrix virtus quid. ibid.  
 non egit exemplari 83  
     ni-  
     hil sufficit extra semen in quo in-  
     est. ibid.  
 formulum quid 213  
 formula futura arte & ratione nulla  
 præsideri possunt 226  
 Fundamentum Paracelsi quo nefari-  
 as omnes artes licitas probat 262  
 Futura a demonibus quomodo ali-  
 quando predicanur 227  
 futura contingens nullo modo à no-  
 bis præsentri possunt 218. C 219  
 futuræ rei absolute species non potest 52  
 in imaginatione produci 214  
 G Alenus non sicut nec voluit ap-  
 pellari vates 225  
 Galenus cur neget se diuina-  
 re solitum. ibi.  
 Galenus an Paracelsus magis impius  
 fuerit 22  
 Gallimæ quædam cur gallis similes 79  
 gallina incubans non mutat colores  
 pullorum 80  
 Gemmarum occultæ uires nuge sunt 188  
 Generata quæ dicantur 8  
 generatio vniuoca 63  
 generationis & creationis discrimen 6  
 omnia Generant sibi similia aut dete-  
 riora 63  
 Generatio stultorum Paracelsi om-  
 nem fidem & monstrositatem su-  
 perans 20  
 generatio uermium, murium & ex-  
 putri materia quomodo fiat 150  
 Geomantia & refutatio 218  
 de Grauidarum appetitionibus 93  
 in Grauidarum appetitionibus quæ  
 consideranda 88  
 de Gulonum appetentia 90  
 H Aeresis Cardonis 29  
 Herbarum & similiuin gesta-  
 tione non sunt miracula 52  
 de Herbarum statis temporibus col-  
 M

# I N D E X.

lectione	190	de Imaginatione opinio Aristotelis
in Herbarum collectione carminum		58 Aucenna 54 Algazel
recitatio impia	190	li. ibid. Alchindi, Pomponius
Hominum nihil docentium duo gene-		tij. ibid. Paracelsi. ibid. C
ra	18	109
homines astris imperare unde pro-		de Imaginatione Paracelsi opinio
bet Paracelsus	164	quid commune habeat cum alijs
homines insularum nuper inuenta-		delirantibus 56 quid propriam
rum non esse ab Adamo prognos-		57
tos secundum Paracelsum	24	imaginationi & fidei eadem tribus
homo Paracelso sine libera uolunta-		Paracelsus in miraculis edendis
te creatus	24	58
homo Paracelso ex nouem constat		pro Imaginationis potestate, Anticen-
261		næ argumenta refutata
homo componitur ex duobus corpo-		118
ribus	243	imaginationem quomodo alterat de-
homines in quibus plus aut mi-		catur Aristoteles
nus possint quam dæmones		69
196		de Imaginatione Aristotelis locum
Horas & dies obseruare quid signifi-		62
cat in lege Dei	147	plicatus
Humanitas propriæ non generatur		imaginatio terribilium non semper
217		terret
I		imaginationis actus remanet in im-
Acobifactum in uarianda ouium		ginante
pelle miraculosum fuit	82	imaginationis actio intensa miracu-
Idea quoad idea causa effectrix nō		la non efficit
est	78	imaginatio non potest efficere di-
ex Igne generate mirabiles creaturæ		nationem
Paracelsi	17	61 & 64
de Imaginatione & quod miracula		imago quid agat
facere non posset 53 & deinceps		de Imaginum magicorum viribus al-
imaginationis nomen plura signifi-		berti magnisententia
cat	61	eiusdem confutatio
imaginationis officium,	61, C	163
67		imagines quomodo admirabiles fa-
		cultates adipiscantur, sententiæ na-
		rie.
		161
		imagines frustra sunt ad recipiendū
		influxus cœli
		141, C 143
		imaginum sub certis constellationi-
		bus sculpores in legem Dei pec-
		care

# I N D E X.

- Imagines uerba & characteres magi-  
 ci Christianis non usurpandi &  
 quare 180. 182 in ijsdem esse oc-  
 cultum diaboli pacium. ibid. &  
 181  
 Imagines nihil agunt quam repreſen-  
 tant 75  
 Imago in anulo quatenus imago nihil  
 efficit aliud quam repreſentat 79  
 Imagines artificiosæ, quatenus ſunt  
 Imagines nihil à cœlo accipiunt  
 155  
 Imaginum Astronomicarum & magi-  
 carum diſcriben- 161  
 immortale nihil Paracelſo niſi quod  
 coelitis uenit 252  
 admittatē ſilere impium eſt 5  
 Incantare quid 108  
 incantationis & fascinationis diſcri-  
 men 107  
 incorporea quomodo percipiantur  
 119  
 ingeniorum propensiones, unde 165  
 Intellexus cur phantasma egeat  
 159  
 Intelligentias per ideas in animum  
 hominis transmissas non efficere  
 ut mirabili faciant tales homi-  
 nes 118. & 119. & 124. & 125  
 intelligentiarum officium & uires  
 ex Aristotelis ſententia 220  
 intelligentie motu & lumine ſolis a-  
 gunt 27  
 intelligentias cur prefecerit Aristote-  
 les orbibus coeleſtibus 123  
 45
146. Intelligentie non intelligunt hec in-  
 feriora Aristotelii 224.  
 intelligentiae orbium motrices nullæ  
 ſunt 121. & 122. & 125  
 etiam secundum Aristotelem ali-  
 cubi 122  
 instrumentorum effectio, quæ 35  
 Iohannis Baptiſta Portæ magia  
 133  
 Iohannes Picus Mirandulanus  
 26  
 Iſpidae auicula miraculum 46  
 Iuſtinus Martyr 26

## L

- L** Amiae an tempore Mofis &  
 Christi fuerint 209. &  
 210  
 de Lamijs, ipsarum potestate & mi-  
 raculis 294. &  
 295  
 Lamiarum pactio cum diabolo an-  
 imaginaria 222  
 lamiæ an delirantes quæ faciūt agat  
 207. & 208  
 Lamiarum & maleficarum artes cur  
 capitales eſſe uoluerit Deus 202.  
 & 203  
 lamiarum & obſefforum diſcriben-  
 209  
 lamiæ raro ſunt uerè obſeffe 209  
 lamiæ necromanticis longè deterio-  
 res 205. & 207  
 lamiæ antiquorum 39  
 Leo catulos mortuos rugitu uiuificat

# I N D E X.

- Liber de mundo an sit legitimus Ari-  
 stotelis 26.  
 de Libertate carnis Paracelsi opinio  
 249  
 Limbus magnus Paracelsi quid 4  
 Loquendi consuetudo 28  
 Lunae mutationes cur dæmones ali-  
 quando obseruent 166  
 luna plena cäcri carnosiores cur fiat  
 232  
 luna an regat maris aestus 232
- M**
- M**agia uniuersa unde origi-  
 nem habeat 55  
 de Magia disputatio 126  
 Magia & magi nomen explicatum  
 128  
 magi qui 56  
 magia Persica infamis erat 131  
 magia impia 191  
 magia inuentores 129  
 dæmones esse 130. & 131  
 de Magis qui Christum adorarunt  
 132  
 magia partes 155  
 magia diuinatricis quot species  
 215  
 de Magia parte operatrice disputa-  
 tio 155  
 magiam naturalem nullam esse 132.  
 & 136. & 137  
 de Magia Paracelsi opinio 226
- & deinceps Pomponatus  
 pinio 127  
 magia definitio Paracelsica  
 magia cur ex medicina orta dicatur  
 139  
 magia nulla est physices persecutio  
 135  
 magia Neapolitani qualis 154  
 de Magis Aegyptiacis 31  
 magi Aegyptiaci non fecerunt serpes  
 tes veros 39 & 41  
 pro Magia Argumenta Paracelsi  
 263  
 magi soli Apocalypsim intelligunt  
 racelso 260  
 magi cordium scrutatores Paracelsi  
 264
- magia & vis separatrix idem Parte  
 celso 152  
 magia vi miracula eduntur iuxta Pa-  
 racelsum, & corundem exempla  
 48  
 magus nullus vere mortuum exci-  
 uit 31  
 magis non debent nec possunt ser-  
 re ceremonie 154  
 magicè maledixit sicut Christus; ut-  
 ta Paracelsum 264  
 magica Paracelsi approbantes capi-  
 tali supplicio afficiendi 215  
 magia uetus ex quibus coaduerit 131  
 magi & striges que habeant commu-  
 nia 207  
 magorum & sagarum discrimen  
 193  
 Magnes effugium eorum qui occa-  
 tas proprietates querunt 218  
 magna

# I N D E X.

magnes miraculum naturæ	189	Medicina quid doceat	139
magnes trahit ferrum præsente Ada mante	187	medicina ad mirabilem effectiōem	
Malefici qui dicendi	205.	non confert	138
maleficorum et Lamiarum artes cur capitales esse voluerit Deus	202.	medica ars operatur miracula Para- celso 45 eiusdem confuta- tio	51
¶ 203.		medico & remedy's non nimium fidē dum	184
Manis heres	29	medicus res naturales cum cœlo non maritat	140
Marcionis heres	28	medici an dies ex horas eligant	
maris estus an Lunam sequatur	232.	146.	
mare Balticum non æstuat	232.	medici cōstans volūtas, an & quomo- do conducat ægrotis	179
Maria non fuit filia Adami Paracelso	246.	medici nulli præstantes, magi fue- runt	138
Marfilij Ficini opinio de animæ natu- ra 116. eiusdem confutatio		medium sentiendi duplex	73
notatur ipse. 118. &		Melosina per coniugium acquirunt animas rationales iuxta Paracel- sum	17.
materia prima Paracelso increata	4	Menebrates medicus	152
materia prima iuxta Theologos non creata sed concreata	6	Mens quæ prævideat	219
materia creatur absolute & secundū aliquid	9	menstruus sanguis non tā noxius quā putatur	42
materie potentia quid	23	menses mulieres an spiculā infi- ciant 91 si inficiant un- deueniat	92
materie potentia qualis	12.	mirabilia non fiunt à medicina	138
materie potentia in creatione gene- ralissima fuit	15	miraculum propriè vocatum quid.	
materia est materia propter disposi- tionem	9	miraculosa quæ dicantur	50. &
materia recipit agentis actionem pro infia suahabilitate	33.	30.	
materia remota non est potentia hoc aliquid	15	miraculum plura significat	32
materia sic dicitur ex comparatione et formam	9	miracula efficiendi quinq; modi seu instrumenta Paracelso	43. &
		49	
		miracula à solo Deo fiunt	36. & 39.

# I N D E X.

- ¶ 49
- miraculorum finis 35  
 miracula omnia an creationes dicen-  
     da 31  
 in Miraculis est creatio impropre di-  
     cta 32  
 miraculorum uerorum exempla 31  
 miracula uera duplicita 31  
 miracula dæmonum & magorum qua-  
     lia 36  
 miracula non pertinet ad mundi per-  
     fectionem ut partes 34  
 miracula Simonis magi 41  
 miracula , quomodo per homines  
     Deus edat 35  
 miraculorum et creatarum rerum  
     discrimen 34  
 miracula à Diabolo sunt per fidem  
     Paracelso 43  
 miracula sunt à medica arte iuxta  
     Paracelsum 45     eiusdem co-  
     futatio 51  
 miracula à naturæ proprietate sunt  
     Paracelso 44     eiusdem con-  
     futatio 49  
 miracula eduntur magie uia,iuxta Pa-  
     racelsum & earundem exempla 48  
 miracula non sunt ab euestris 52  
 miracula non sunt gestatione herba-  
     rum & similium rerum 52  
 miracula uerbis Sacris non fieri  
     134  
 miracula non fieri ab imaginatione 53  
 miracula quo modo faciunt cadavera
- 44  
 miracula faciunt improbi virtute Chri-  
     sti 39  
 miraculorum Christi & sanctorum  
     differentia 49  
 miraculorum Christi & sanctorum  
     differant Paracelso 48  
 Morbo insanabilis affectus nullus à  
     Christo sanatus iuxta Paracelsum  
     46  
 morbi omnes sanabiles Paracelso 48  
     eius confutatio 51  
 Mosaicæ Lex iudicialis quatenus ob-  
     seruari possit 210  
 Mosis locus de ueneficiis quomodo in  
     telligentius 200. 200.  
     201  
 de Mundo liber, an sit legitimus Ari-  
     stotelis 26  
 ante Mundum creatum aliquid fu-  
     it in eius loco , Paracelso 13  
     13  
 mutatio subita, est quedam creatio  
     20  
 Mysterium magnum Paracelso quid  
     4  
 mysterium magnum Paracelso incri-  
     tum 4  
 ex Mysterio magno omnia creati sit  
     Paracelso 20  
 mysteriorum creator quis N  
 Atorum cum parentibus simi-  
     litudo unde 21  
 Natura quid 21  
 Natura, est Dei iussus 21  
 Naturæ disparitas nō impedit partem 31

# I N D E X.

- 212
- Naturales res sui notiones tantum in nobis producunt 112 naturales res non maritantur cœlo à medico de Nobili qui comitiales plumbeo charactere curauit, historia et eiusdem examinatio 140 152. & 153 Nomina Ephesia 175
- O** bſſi à diabolo non semper sunt mali 209 Obſſorum & Laniarum diſcriben Occulæ plerasq; ſympathias & An tipathias fabulosaſ eſſe 209 187 Operæ ſex dierū quomodo ſunt cred turæ operis totius propositio 8 operis totius diuſio 2 operis totius conſluſio 2 ophthalmitici cur altos inficiant 244 oſcamen tuidens cur oſcitet 93 115
- P** aracelſi appellationum qua rundam ratio 238. & 240. de Paracelſi uita & moribus quedam ex opino 236. & 237 item ex litteris Bullingeri 239 Ferdi nandi imperatoris de ipſo elogia 236 Funeribus ſuit, Ebriosus 241 alieis, 239 Ma gus 48 in omnibus mon itrosus 29 Ethnicis cœcior 25 hæreticus pestilentior Tur
- cis & Arrianis. ibidem ueteres hæreſeos renouat 252 ſpiritu in capulo ensis habuit 237 quicquid in alijs dam nauii hoc ipſe aliquando affirmauit 257 uitam ſibi ſine ter mino praefixit 47 quamdiu uixerit 48 eius blaſphemie 24. & 27 flagitium in expia bile 111 absurdam quædam 48 de animæ uita propè dubitat 246 impietates quædam 244 magis impius quam Anaxago ras 5 alios posuit separatores quam Deum 19 ſciens ad Cacodæmonem defecit 22 eius inconstantia exempla quædam 260. & 267 fatale ei ſibi con tradicere 228. & 256 à ſeipſo & omnibus diſcrepat 23 contradictiones aliquot 244. & 16. & 24. & 14. & 233
- Paracelſi de creatione opinio examinata 3 Paracelſi opinio de imaginatione & eius uiribus 54. & 109
- Paracelſi autores quoſ ſecutus eſt in diſputatione de phantasia 53
- Paracelſus aliiquid poſuit ante crea tum mundum in eius loco 73.

# I N D E X.

- Paracelsi fundamentum quo nefarias phantasia species non sunt res sed rerū  
 omnes artes licitas probat 262 umbræ 65  
 paracelsus in quo omnes tum genti- Pharmaca non mutare animos nisi  
 les tum hæreticos superauit 29 prius mutato temperamento  
 paracelso nulla res creatæ 12 192  
 paracelsus an Galenus magis impius Philosophi noluerunt magi appellari 136  
 22 neq; fuerunt magi  
 paracelsi scripta cum Ethnorum cō de Philtris 137 196  
 paratur 3 philtra omnia vel venena furorem  
 paracelsica de miraculis 42 inducentia vel mortem, vel vanam  
 parentum & natorum similitudo un philtra & superstitionis. ibi.  
 de 61 philtra quædam ridicula 198  
 particulare omne quoad particula- philtra quæ uidetur efficere à dama  
 re futurum, fortuitum est 218 ne sunt ibid.  
 Peccata corporis animam non conta- philtrorum duo genera.  
 minant Paracelso 248 Plante non fuerunt actu in terra  
 peculiares qualitates in hominib. qua- cum Deus eas ex terra creares  
 les & unde 50 7  
 periculorum est subito ita mutare cor- Platonis opinio de origine formarum  
 poris temperaturam ut affectio- 22 133  
 nes mutari necessum sit 192 platonici quales  
 Peste affecti si venenum laboratis na- platonici quid sentiant de verbis  
 tura euicerit alios non contami- vi  
 nant 106 Plinius notatur 95 eius mende-  
 petentes à Deo non egent certorum cia. ibid.  
 uerborum obseruatione 191 Plotini de uerborum ui sententia  
 Phantasia quomodo corpus alteret 60 177  
 62 Plutarchi de Fascino opinio refuta-  
 ta 178 97  
 phantasia quæ non est actu non mo- Pomponatius de uerborum ui  
 uet 62 eius flagitium inexpiable 179 131  
 phantasia species non mouent corp⁹ blasphemie 178 pro ima-  
 62 ginum uiribus argumenta. & ea  
 phantasia quas fingit species ex rebus  
 haurit 113 rudent consuetudine  
 phantasia species quomodo animal  
 moueant 60 de Imaginatione opinio 134  
 & eiusdem consuetudine 179 de magia

# INDEX

magia sententia  
 in fascini explicatione hesitatio 117  
 potentia rerum est Dei iussus 102 221  
 potentia pura 15  
 potentia materie quid 23  
 potentia materia qualis 12  
 potentia obedientia & naturalis 15.  
 potentia materie in creatione gene-  
 ralissima fuit 15  
 potentia naturalis refertur ad agens  
 naturale certum 37  
 potentia naturali aurum non est tri-  
 ticum.  
 Predicatio artificiosa non est admira-  
 bilis 37  
 de Predicatione Lamblichi sententia 224  
 praeſcientiam futurorum cur homi-  
 ner desiderant 213 & 224  
 prophetam nullam artificiosa 216  
 à diuinatione quid differat.  
 propriaeſtates ingeniorum unde 165  
 prophete ſunt ab euestro Paracel-  
 sio 43  
 propriates rerum unde 156  
 puerorū auctuula ladi quomodo con-  
 tingere posse 98  
 de Pygmaeorum specie quos sylphes  
 uocat Paracelsi delirium 18

Q Vodlibet ex quolibet qua-  
 re non fiat

R	Atione differentia nomina di- uersa habet; et si re ipsa idē ſint 14
	Ratio seminalis 25
	Refrenatio duplex 196
	Religio pendet ab Astronomia Para- celſo 243
	religio gentilium cultus dæmonum 134
	qui Remedij diaboliciſ utitur quotu- ſe pliciter peccet 185
	res omnes uel creatæ ſunt uel Genera- tæ 8
	res eadem à diſsimili cauſa diſsimili modo affici 10
	res creatæ ad mala coguntur Paracel- ſo 20
	res naturales ſui notiones tantum in nobis producunt 212
	de Resurrectione hæresis Paracelfi 245
	de Resurrectione carnis & de Chri- ſto blaſphemia aliquot Paracelfi 255
	de Resurrectione Pauli locus explica- tus 249
	de Resurrectione Iobi locum quo mo- do explicat Paracelsus 257
S	Acramenta diaboli 181
	Sagārum artes damnoſiſimæ 204
	Sagæ peſimæ Idololatriæ 213
	Sagæ homicidæ 214
	Sagæ an recte morte puniantur 197. 198. 199. & deinceps uisque ad 219

N

# I N D E X

- Sage an Mosis etate fuerint 209 Separatio in aqua Paracelsi non ad  
 Sage tempore Christi fuerunt 210 perfecta est.  
 Sagarum & magorum discrimen 103 separatio absurda Elementorum 15  
 Sage raro sunt uerè obsesse 209 prima materia 15  
 Salomonis sapientia unde secundum 152 de Separatoribus alijs preter Dic  
 Paracelsum 259 Paracelsi opinio 15  
 Sapientia in homine iuxta Paracel-  
 sum triplex 258. 259 Siderum & celi uires, quales sint  
 Samuelis umbra 38. 152 sidera non habent uires peculiares  
 Scaliger 102 sed communes tantum  
 Scholasticorum de creatione senten-  
 tia 173 siderum uires quas eis Astrologi de  
 tribuunt, uix momento durantur  
 rebus alijs  
 Scholastici notantur 123 siderale corpus Paracelso est sensu  
 Scriptoris sententia illa est quam sa-  
 pius repetit 256 mens & ratio 15  
 Seminalis ratio quid 36 Simonis magi miracula 15  
 seminales rationes unde 6 Simonis magi heresis 15  
 seminalis ratio Augustino quid. 174 Solus Deus aeris temperiem & ini-  
 ibid. periem creat  
 sensilia solos sensus mouent 64 Species rei absolute futura non pro-  
 sensillum species, an & quomodo al-  
 terandi uirtutem habent 72 test in imaginatione produc-  
 de Sensione Aristotelis opinio refuta-  
 ta 74 species rei alicuius in animo, solam il-  
 lam rem representat cuius est spe-  
 cies 114  
 sentiendi medium duplex 73 spectrum Germanicum 15  
 sensuum quidam species tantum qui-  
 dam qualitates etiam cum specie-  
 bus recipiunt 72 de Spirituum potentia & impoten-  
 tia 15  
 separatio quid Paracelso 72 spiritus an sint fascini uerbiculum  
 separatio Paracelsi impossibilis 4 100 spiritus non possunt agere in aliena  
 12 corpus  
 separatione sola non producuntur res  
 ex seminibus 12 spiritus membrorum sunt effectus  
 15

# I N D E X.

spiritus extra corpus non possunt di-  
 rigi 101. & 102  
 Strabon terrenus aspectu 102  
 Siriges uide Sagas & Lamias 97  
 Siriges & magi que habeant com-  
 munia 102  
 Studiorum generatio Paracelsi om-  
 nem fidem superans 207  
 Subiectio formam dare quid 20  
 Subiectum quo dque quando allus rei  
 materia fiat 10  
 Substantia corporeæ in incorpoream  
 non agunt 102  
 Substantie appensa quid inuenit 102  
 Superatio ejf., rebus ascribere uirtu-  
 tes, quas per naturam suam non  
 habent 191  
 Sylphes Paracelsi 191  
 Sympathias & antipathias occultas  
 pleraq[ue] fabulosas esse 187  
 T  
 Temperamentum cuiuslibet ita  
 mutare ut amor potius quam  
 alia quepiam passio con-  
 sequatur, impossibile est 192  
 Temperamentum & intemperiem aeris so-  
 lus Deutero-creat 196  
 Temperamentum prius à pharmaco  
 mutatur quam animus 192  
 Tenebra, quid 8  
 Themistius 26  
 Theologi materialm primam non crea-  
 tam sed concretam dicunt 6  
 Utopia magica qualis 135  
 Terra nomine quid intelligendum

In historia creationis 7  
 ex Terra generatae creature mirabi-  
 les Paracelsi 17  
 Thomas Aquinas 216  
 Turban magna Paracelsi, & que effi-  
 ciat 45  
 turpe uni cur alteri pulchrum uidea-  
 tur & è contra 65  
 V  
**V**alentinus Aegyptius impurus  
 hereticus 29  
 de Veneficis Mosis locus ex-  
 plicatus 200 & 201  
 Venefice inter Magos numeranda  
 193  
 Vermium, murium, etc. generatio ex  
 putri materia quomodo fiat 150  
 Vires create non mutant materialm  
 absq[ue] motu & alteratione 33  
 uires naturalibus maiores solus Deus  
 dare potest 192  
 uires ab essentia promanantes non  
 sunt separabiles 144  
 uiribus proprijs aut alienis facere  
 quid 39  
 Vires rebus ascribere quas per natu-  
 ram suam habere nequeunt, super  
 fistio est 192  
 uirtus formatrix non eget exemplari  
 s, nihil efficit extra semen  
 in quo inest. ibid.  
 Virtus formatrix, est Dei iussus,  
 121  
 Vis separatrix et iugia idem Para-  
 celsi 16  
 Vita nostra in propria nostra pot-  
 entate Paracel. 46

# I N D E X.

- de Verbo blasphemia Parace 29  
 de Verborum uerborum ui disputatione 169  
 uerborum uis 134, 194  
 uerborum materia 169  
     & forma. ibidem  
 uerborum uis unde, secundum Platonicos, Plotinum, Ficinum 177  
     Pomponatium 178  
 de Verborum ui Augeri Ferrerij sententia 179  
     eiusdem confutatio. ibidem  
 Verbis sacris miracula non fieri neque Magis prodeſſe 134  
 uerba non poſſunt eſſe signa effectuum mirabilium 173  
 uerba natura non significant, ſed ex conuentu hominum uerborum barbarorum in magna uerbiſ ſus  
     uerbis cur aliquando capiantur rae, ſerpentes cogantur adſcriberint uerbum Dei cur nobis datum uerborum certorum obſervatione non opus habent, quia Deo pertinet  
     191 Vmbra Samuelis 39  
     Z Oroastres quis fuerit 134  
     lis

P I N I S.



ALTERVS NON SIT  
QVI SVVS ESSE POTEST,

CONRADVS GESNERVS  
MEDICVS TIGVRINVS DE  
Theophrasto Paracelso.

**H**EOPHRASTVS Paracelsus nostro tempore vixit, qui veterū omnium placitis contemptis multa noua in artem medicam inducere conatus est, & medicinam per diueras Heluetiæ, Germaniæ & Poloniæ regiones vagabundus exercuit, dum pecunia careret: qua modica acquisiſtayino & ludis deditus (vt constans fama est) nemini medebatur. Dæmone vtebatur familiari, vt ex eius discipulo audiui, vir natura & eloquentia quā literis & studio doctior: prorsus inconstans, nunc Theologus, nunc medicus, nunc magus, ſæpe compotator & aleator inter rusticos. Audio tamen multos paſſim ab eo in morbis desperatis curatos, & vlcera maligna ab eo feliciter sanata. Callebat enim Chymisticam artem, qua liquoris, succos, olea (de antimonio p̄cipue) & alia mirabilia medicamenta parabat. Itaq; in scriptis suis obscurus est, tum aliás, tum sua quædam remedia, & suis nominibus ſæpe nominans. Latinè nihil edidit ob imperium linguæ: Germanicè verò impresa est Chirurgia eius magna in folio, Vlmę anno 1536, chartis 30, & ſequente anno etiam Auguftæ. In hoc opere meminit etiam parue Chirurgiæ à ſe conſcriptæ.

Anno 1571

